habuerunt Ita quod pueros et parvula nec gentiles ipsum locum intrare permiserunt
et totam terram jumentis et canibus omnibus inculcabant quod propter hoc locum
nullus intrare fuit ausus nam omnes intrantes habuerunt pro ex-
communicato Postea cum beata virgo in purificatione infantulum suum secundum legem
Moysi in templo cum turturibus obtulit Et ipsum Simeon senex in ulnas
suas accepit dicens Nunc dimittis servum tuum domine etc. Et eodem tempore
tam Simeon quam Anna de ipso infantulo pluribus populis et sacerdotibus
astantibus prophetarunt plura prout evangelium dicit Ex hac declaratione judeorum
qui tunc viderunt in templo sanctam infantulum et matrem denovo acceperunt
Et judeis et Herodi in ipsa spelunca vel in aliquo loco alio beata virgo cum
puero non potuit diucius latitare Tunc prout evangelium continet angelus domini
apparuit Joseph in sompnis dicens Surge et accipe puerum et matrem
eius et fuge in egiptum Et esto ibi usque dum dicam tibi Futurum est enim quod Herodes querat
puerum ad perdendum eum Et quo et qualiter beata virgo cum infantulo suo
in egiptum pervenerat Et unde redierunt totum in libris de via periculosa
heremi silvestrem et arduum de infancia Christi plenius reperitur Per plurima
loca multum periculosa heremi silvestris et arduum [illegible] et periculosi-
ssima et deserta transierunt Et prout signo omnibus viis et locis per
quas in egiptum et reditu beata virgo Maria cum infantulo suo transiit
ubi hinc rose jericho crescunt que undique rose de gericho vocantur Et hiis
rosis mulieres saracene multum libenter utuntur in partu Et locus in
quo beata virgo cum infantulo in egipto habitavit distat a Bethlehem ad
.xii. dietas Et hec per viam illam per quam beata virgo transiit et non alibi
crescunt ille rose de gericho in [illegible] simpliciter Et illas rosas
colligunt ibidem homines qui bedewini vocantur qui de loco ad locum
in ipso deserto cum pecoribus vagantur et per annum ipsas rosas vendunt
in maxima multitudine et christianis et peregrinis [illegible]

Ostendunt in quo loco beata virgo cum infantulo [illegible] deportavit
in egipto per septennium usque ad diem obitus Herodis habitavit fuit
iuxta civitatem Babilonie et Altaire ubi nunc est habitaculum sol-
dani Et iste civitates sunt maxime civitates et Altaire est maior
Babilonia et reputatur dieta septem parisiensium Et in loco ubi tunc beata virgo
cum infantulo habitavit nunc est habitaculum soldani Et in eodem loco est
ortus et in ipso orto sunt septem fontes aquarum in quibus beata virgo
infantulum suum lavare et balneare solebat et ipsa panniculi infantuli

Rose de jericho

De .7. fontibus in orto

ibidem lavare consueverunt Et tunc ibidem in orto crescit et affluit balsamum ex virgis Et stat quasi virga mediocris altior ulne in modum rubi zostrum formatus et folia quasi trifolia Et unusquisque virgam suam custodem habendo aliquem de captivis soldani qui ipsius virgas quasi corpus suum custodit irrigat et mundat Et in mense marcii soldanus semper est presens in illo orto Tunc virge balsami scinduntur et scissure bombice colliguntur Et subito bombicem et scissuras per vasa argentea tunc pendunt Ex quibus balsamus per bombicem sicut aqua ex guttis stillat Et ex vasculis fundunt in amphoram argenteam qui ibidem zerra vocatur que modico maior est quam sextarius vini potest intrare que cum ex omni balsamo vix adimpletur Et tunc soldanus recipit omnem balsamum solus Et cum legatus alicuius regis ad eum venit ille dat parvum vitrolum plenum omni balsamo ex istilato soldanus recedit Et tunc unusquisque virge custos simulat virgas de suo virgo scissas et ypas in modissima olla bullit Et balsamus qui tunc ex virgis ebullit sicut pinguedo super natat Et balsamus est pressa et bravonia coloratus Et cum aliquis homo de equo vel aliqua altitudine cadat et intus caput et quassat Et cum illo balsamo pungit statim consolidat et vulnere curabit cum quo pungit modicum de cicatrice non apparet Et ille balsamum vendunt custodes virgarum peregrinis Et mediatum in medium portat Nam nulla operatione est tante virtutis sicut ille balsamus qui vere stillat ex guttis Et crescit in oriente sicut et in omnibus partibus ultramarinis quod ille locus in quo beata virgo habitavit ad hunc ex eo habeat virtutem quod balsamus in eo crescat Et admirans signum operatur circa nullus omnino homo potest colere vel custodire nisi sit christianus quod sepius expertum est Sed si gentiles vel iudei ipsum excolent statim virge vel virge arescunt Cet- Nota

Ceterum de muneribus que tres reges domino obtulerunt ad propositum redeatur Nota

Sciendum est prout alii libri continent Et Melchior rex arabie obtulit domino pomum aureum quod ut dictum est in oblatione in fasciculum ad nichilum redactum fuit Item idem Melchior obtulit triginta denarios quos Abraham egrediens de terra caldeorum in peregrinacionem secum sumpsit et in ebron portavit Et cum ipsis agrum in sepulturam sui et Sare uxore sue et filiorum Ysaac et Jacob emerunt Et deinde temporibus Jacob per eosdem denarios Joseph a fratribus suis fuit venditus in egyptum Et post hoc idem triginta denarii a fratribus Joseph filiis Jacob in emptionem frumenti Joseph fuerunt reportati Et deinde triginta denarii post obitum Jacob ad regnum Saba pro aromatibus pro sepultura Jacob fuerunt missi Et in thesauros regios repositi Et post hoc temporibus Salomonis idem triginta denarii cum

Romam ...

De triginta denariis ... et hic vide mirabilia de eis

cum pluribus aliis ornamentis in urbem in templo domini a regina saba fuerunt oblati
et donati. Demum tempore roboam filii salomonis in captione urbis et templi domini de
palatio ad manus regis arabum pervenerunt. qui tunc temporibus fuit in adiutorio egiptiorum
cum aliis ornamentis templi spoliatis in thesauros regios ponebantur. Et per hoc in novo
testamento melchior nato domino in bethleem tunc existens rex arabum cum pluribus
ornamentis. Et vasis aureis et muneribus preciosis que secum sumpserat. Et hos triginta
denarios de auro arabie purissimo qui antiquis et nobilibus auro in thesauris
suis ab retro [illegible] positi. et solidus hos obtulit. et alia ornamenta timore perterritus

Cum autem beata virgo metu fugit herodis fuit in egiptum tunc amisit ut predictum
triginta denarios cum aliis muneribus thure et mirra. sicut ei fuerunt oblati
in panno lineo ligata in deserto amisit. que quidem pastor qui ibidem ca-
briini vocant degens erat in ipso deserto. cum gregibus suis de loco ad locum
vagabat in pascuis ipsos triginta denarios cum aliis muneribus videlicet thure
et mirra invenit. Et usque ad modicum tempus ante passionem domini apud se reti-
nuit tunc ibidem pastor cecidit in incurabilem infirmitatem. Et cum de ihesu fa-
ma per mundum erat volaret. quod omnes languores solo verbo curaret. Tunc idem pastor
velut transtulit ad ihesum. et perditam suam sanitatem recepit. Et tunc idem pastor
triginta denarios cum aliis muneribus thure et mirra. que pueri domino in sua in-
fantia in bethleem a tribus regibus fuerunt oblata. idem pastor sicut in deserto re-
perit et invenit. domino nostro domino cum devotione obtulit. Et dominus mandavit pastori
ista munera ponere in templum super altare. Hec sacerdotes [illegible] tamen honora-
biles oblationes tempore super altare in incensum accendit. Et quia munera erant tam
rara et preciosa triginta denarios cum mirra in gazophilacium misit. Et post
hoc tertia die ante passionem domini ut omnes iudei recipere asserunt passione
domini hos triginta denarios de quorum bursa de gazophilacio sumpserunt et iude
scarioth de templo domini tradiderunt. ut eis ihesum traderet. Et partem
mirre vino miscuerunt. Et ori domini in cruce obtulerunt. ut evangelista ait
et obtulerunt mirratum vinum. Et reliquam partem mirre nicodemus princeps
iudeorum cum aloe et aromatibus addidit ad sepulturam domini. Et postquam
iudas hos triginta denarios retulit et asserens iudeis peccavi tradidit dicens
peccavi tradens sanguinem iustum. Tunc iudei dederunt xv denarios mi-
litibus qui sepulcra domini custodierunt. Et cum reliquis quindecim emerunt
agrum figuli ad sepulturam peregrinorum. Et ager figuli est ipse velut est
vix ad [illegible] iactum lapidis longus et magnus. Et temporibus quibus velut fuit
tunc in ipso agro profundissima fossa facta fuit. et spelunca et
fusio ampliando edificata. et de super consolidata. et de super fuit fora-
mina per que mortuorum corpora inponunt mittuntur. nec quisquam mirari de-
bet quod idem triginta denarii argentei vocantur in evangelio. qui tamen
fuerunt de auro arabie purissimo. Sed quia nomine argentei vocantur sicut denarii

De mirra cum vino oblata in cruce

De restitutione iude denariorum

Ager figuli

aureum nos vocamus denarii vero Bizanciati vel motonetes vel florenos. Et statu-
ra horum denariorum in nomine et moneta in illis partibus permansit apud Babilo-
nie usque ad destructionem illius persepolitanum(?) et ultimi. Et in omnibus partibus ori-
entis magni mutant monetas pondere vel valore. Et unus illorum de quinta
denariorum vel florenos habet in pondere et valore. Et in una parte denarii
stat caput regis impressum. Et in alia parte littere Caldee que ab hominibus — ut credimus non possit legi etc.

De militibus custodientibus sepulcrum

Ceterum de militibus qui sepulcrum domini cu-
stodiebant. Sciendum quod de consuetudine in omnibus partibus orientis et de-
clamationis quod omnia bona militum sunt bona pheodalia que ab ali-
quo ius non dividuntur nec separantur, sed cedunt totaliter primogenito. Et talia
bona tenentur a soldano vel aliis regibus iure pheodali. Et aliquo patre
mortuo filius primogenitus de hiis bonis efficitur miles. Et aliqua necessitate
compulsus defficiencia dum sunt vel meliorare et proxioribus assumendo pecunias
dare vel mutare. Et cum in illis partibus aliquis miles efficitur, tunc cum magno
ornatu et pompa et comitatu deceptis cum suis consanguineis et amicis
indeque tenus militie ornatus incedit per vicos et plateas ut si aliquis
inveniat qui ipsum ex aliqua infamia vel aliis causis quibus quibus-
cumque dicat eum militie indignum. Et si nullus reperitur qui eius
militie contra dicat, extunc in medio domus sue vel domus sui palacii
super lectum sternunt tertio opere panno aureo et aliis diversis ornamentis or-
natis, super quo ille qui miles effici debet mediis ascendit ad quem sicut in
partibus istis ad milites in principio sic veniunt omnes amici ad eum congratu-
lantes sibi quod militie dignus sit inventus. Et principibus et aliis dominis
et nobilibus vestimentis aureis et aliis ornamentis vestitus, cingitur talarium
et de lecto levatur, quod sit insignum sicut modis solus super lectum ascendit.
Et extunc principibus levatur quod sit ab omni impedimento et viciorum et macu-
lis in meliores mores se convertat. Et tales sunt milites stipendiarii qui
dominum crucifixerunt. Et eius sepulcrum custodierunt, quibus iudei xxx dena-
rios dabant. Nam idem denarii cum aliis ab Abrahe usque ad passionem
domini semper indivisi permanserunt. Et per complura loca sic transierunt. Et cum
de hiis prestitum sicut prophetatum quod eum hiis persiabat. Et extunc ab invicem
sunt separati. Et per ea undique dispersi. Et quam plura de hiis triginta dena-
riis et de trium regum muneribus leguntur. Que propter obliviendum scriptum sunt obmissa.

Quorum autem elapso tempore quando beata virgo cum infantulo suo remorabatur
in Egipto puer, ut dicit ewangelista: defuncto Herode ecce angelus domini
apparuit Joseph in sompnis etc., ut dicit ewangelium. Et que et qualia in
hiis et ab illis temporibus Christus in sua deitate et humanitate fecerat usque
ad eius passionem et ascensionem in ewangeliis plenius reperitur. Et post suam gloriosam
ascensionem Thomam suum apostolum ad partes Indorum in sorte predicationis misit.

De missione Thome apostoli ad partes Indorum

in quibus ipsi tres reges quondam habitabant et regnabant. Licet Thomas in-
tus apostolus Indorum fuerat missus et officium predicationis ibidem suscepisset.
Tamen ex providencia ipsius lapidis angularis qui facit utraque unum estima-
bitur fore factum. Quod Thomas qui post passionem domini et ad resurrectionem vulnera
digitis palpavit, ut hanc ipsis regibus et gentibus predicaret. Prout autem
gentes sicut nobis omnibus patet quod post resurrectionem domini Thome palpando
vulnera digitis exploravit de nobis omnibus omnem dubietatem amputavit. Sic
ad instar nostri omnibus patet. Et hii tres reges et hee gentes infanciam
domini quesierunt et oculis viderunt et muneribus adoraverunt et probaverunt. Nec
moveat aliquem quod sanctus Bartholomeus Jacobus Simon et Judas apostoli
domini etiam in illis illis predicabant. Quia plures sunt partes Indie quarum
una pars est longior et latior et maior quam tota pars transmarina. etc.

De cruce(?) et stella in ydolis

Ceterum cum Thomas in regionibus Indorum evangelium domini fideliter predicasset
et universas insulas illas circuisset et demones sicut ceteri apostoli effugas-
set et diversos languores curasset et quam plura mirabilia fecisset
et quamplures gentes ad dominum convertisset. Et reperiens in omnibus templis
ydolorum stellam cum infantulo et signo crucis prout ipsi tres reges in
omnibus terris eorum fieri preceperunt eorum temporibus qui de Bethleem fuerunt
reversi. Unde cum Thomas a pontificibus templorum audivisset quod talis stella
cum tali signo etiam longis retroactis temporibus in monte Vaus apparuit
in signum nati Judeorum prout ex stella fuit auditum. Et quod ipsi tres
reges ipsum puerum natum ad adorandum cum muneribus quesierunt. Et
miraculose in xiii diebus in Bethleem levissime pervenerunt. Et multum
laboriose ad eorum regna redierunt. Et omnia que ipsis regibus acciderant. Et
idem pontifices templorum ydolorum Thomam plenarie informaverunt. Et
cum Thomas omnia audivisset. Extunc ingenti gaudio repletus ipsis pon-
tificibus et omnibus gentibus ardenti animo infanciam domini nostri Ihesu
Christi deitatem et humanitatem passionem et resurrectionem cuius digitis fideliter
palpavit fideliter predicavit. Et quod ipsum sanctis signis et prodigiis et doc-
trinis omnes templorum ydolorum pontifices et quamplures gentes ad fidem
convertit et baptizavit. Et significationem huius crucis et stelle et infantulo
quod ipsi tres reges quesierunt et muneribus adoraverunt similiter cum
Thomas exposuisset. Et ex omnibus templis simulacra et ydola eiecit et
ipsa templa in honore infantis quem ipsi tres reges adoraverunt devote
consecravit. Unde omnes reges et principes gentes per quas Thomas transibat
audita eius ~~tali~~ sancta fama cum diversis muneribus et obsequiis ad ipsum venie-
bant. Quos omnes in honore ipsius infantis et signo crucis sanavit
et ad fidem convertit et baptizavit. Et etiam abinde sancti et baptizati Indie
inter alios infideles quamplures christiani sancti Thome vocabantur vel ~~baptizati~~

Dum itaque fidem et infanciam domini et passionem et resurreccionem et ascensionem
et cetera in Indie et partibus undique predicasset et quamplures gentes ad Christum
convertisset et ydolorum templa destruxisset et in honore ipsius infantis
consecrasset Et in ipsis episcopos et presbiteros et dei ministros ordinasset et instituisset
tandem ad ea ipsorum trium regum regna se transtulit Et invenit eos adhuc
in carne viventes Et perfecta etate et decrepitos senes repperit Et quasi ex
predicacionem ministri [illegible] expectantes prout dudum eis fuerat relatum et promissum
deprecatum Et iussu accepto ipsorum eos mortem non videre nec gustare nisi prius
aqua et spiritu sancto essent renati Et de ipso infante Ihesu quem in muneribus ado-
raverant plenius essent instructi Quia cum hii tres reges ab omnibus audirent
quod quidam homo nomine Thomas ad regna ipsorum pervenisset qui ipsum infantem
quem ipsi in sua infancia adoraverant publice predicaret Et diversos languores
in nomine ipsius infantis curaret et demones effugaret Tunc ipsi tres reges
licet essent in decrepita etate compressi tamen se preparabant cum muneribus Et cum omnibus
eorum principibus et nobilibus et ipsorum regnorum populis ad beatum Thomam pervenerunt
quos cum beatus Thomas cum magno gaudio recepit Et de omnibus que Ihesus
in sua infancia fecit et docuit singulariter explicavit et eius passionem
et resurreccionem quam digitis suis incredulus palpavit per scripturas sacras eos
docuit plenius et monstravit Et specialiter de baptismate Iohannis sine quo nullus
regnum celorum potest intrare eos plenius informavit Et ipsos tres reges
cum omnibus eorum populis in gratia spiritus sancti baptisavit Et ipsi tres re-
ges spiritu sancto repleti sunt Nam omnibus populis et terris et linguis
que tunc ibidem adoraverant omnia que ipsis obvenerat et viderant et audie-
rant a principio usque ad finem per singula fideliter exposuerunt Tunc ipsi
tres reges cum beato Thoma et cum eorum exercitu et cum aliis quampluribus
populis ad montem Vaus se transtulerunt Et super hunc montem capellam
cum stella signo [illegible] factam in honore ipsius infantis tunc stella super
eundem montem apparuit demonstraverunt Et omnibus populis qualiter idem infans
in tali signo sicut prout super stellam apparuit pro humana salute spontanee
fuit suspensus beatus Thomas demum totaliter per ordinem ardenter exposuit
Et facta est leticia magna in populo Ita usque [illegible] que tunc pueri non
fuerunt de longinquis partibus pervenerunt ad hunc montem Vaus ad capellam
Et post hec deinde ipsi tres reges maximam civitatem in pede montis
construxerunt Et ditissime confirmaverunt et ipsam Sewa vocaverunt Que
adhuc maior et dicior civitas est in omnibus partibus Indie et Oriente us-
que in presentem diem Et in hac civitate est habitatio domini Indorum qui presbiter Io-
hannes vocatur et Thome patriarche Indorum

De habitatione presbiteri Iohannis et patriarche

Ceterum apostolus qui Thomas in omnibus ipsis partibus omnem populum
ad dominum convertisset Et baptisavit tunc ipsos tres reges in archiepiscopos
consecravit Et ipsi tres reges archiepiscopi sunt effecti alios episcopos
et presbiteros sine macula de omnibus populis elegerunt et ordinaverunt et omnia

iterum templa in honore dei et sue matris consecrauerunt in quibus omnibus alios dei ministros
clericos et predia et possessiones large donauerunt. Quos beatus thomas ipsis regibus archiepiscopis et aliis
episcopis et presbiteris ordinem misse celebrande declarauit et docuit. Et racionem qua dominus
in sua cena sui corporis et sanguinis confecit et discipulis suis tradidit. Et docuit
fideles instruxerunt et informauerunt. Et specialiter ordinem baptismatis ipsis dedit
et ipsum baptisma nullus non debere contempnere hortabatur et precepit. Et eciamque
beatus thomas ibidem populum ad dominum conuertit et baptizauit et adiutorio dei rite
et laudabiliter ordinauit. Ad superiores partes indie se transtulit ad predicandum verbum dei
et ibidem quamplurimum populum ad dominum conuertit. Et mirabilia operatus maximam vitam
ibidem martirio sicut in passione eius legitur laudabiliter consummauit. Et ad hunc
diem homines christiane secte qui nascuntur in ipsis terris in quibus beatus fuit
martirizatus naturaliter habent faciem in modo crucis formatas sed non [illegible]
Post recessum beati thome tunc ipsi tres reges archiepiscopi ordinati diem
ciuitates et villas et terras circuibant in quibus quamplurimas ecclesias funda-
uerunt. Et in ipsis episcopos et presbiteros et alios dei ministros ordinauerunt
quibus predia et possessiones large contulerunt. Et relicta quasi mundi vanitate
in ciuitate Seuua quam iuxta montem Vaus edificauerunt perpetuam mansionem
elegerunt. Et tamen adiutorio dei et aliorum presbiterorum regna sua in spiritualibus
et in temporalibus gubernauerunt et rexerunt. Quibus omnes gentes non timore sed
amore non ut dominis sed ut patribus per omnia obedierunt in caritate non
Anno uero secundo ante suam resolutionem tunc ipsi tres reges ficta
archiepiscopi ordinati omnes alios reges et principes et nobiles et maio-
res natu terrarum et regnorum eorum et omnes episcopos et omnes presbiteros et
dei ministros in unum locum conuenire et congregare fecerunt. Et cum iam lon-
ge senio et decrepita fessi nec haberent aliquos liberos uel heredes nec
ut asserunt unquam habuerint reginas uel coniuges. Et sicut creditur
ab omnibus in orientis partibus fuisse. Et usque ad mortem permansisse et
Virgines permansit tres reges dicitur quod libri quia sicut fuit principale genus in virginali dignitate
ita eciam domino principaliter offerentibus virginalem dignitatem obtulerunt. Vnde
eciam liber exponit quod aurum obtulerunt in signum virginalis dignitatis
et castitatis. Thus in signum virginalis deuocionis et oracionis. Mirram in
signum mortificacionis carnis quod uiri negant iuxta dictum sapientis
virtutem viuere sine carne est vita angelica non humana.
Cum itaque hii tres reges ut dictum est omnes reges et principes
et nobiles eorum et omnem populum in unum fecerunt conuenire
tunc omnes confortabant ut in fide quam ipsis thomas predicauit
h stabiles et fideles permanerent. Et ipsi reges et episcopi nobiles et principes
et vniuersus populus ibidem congregati in unum unum virum ydoneum voluntate
in fide quietum ab omnibus populis cum voce et unanimi consensu elegerunt
in loco beati thome apostoli in temporale spiritualem patriarcham qui thomas
ab omnibus debet appellari et ab omnibus venerari. Et post decessum uniuscuiusque
patriarche omnes archiepiscopi et episcopi et presbiteri debent in unum conuenire et alios

loco desineret secundum eorum conditionem concordie elige. Cum universi populi ut prius debent
obedire. Et ipsi tres reges illi patriarche decimas omnium terrarum suarum perpetue assigna-
bant. Tunc universi concorditer elegerunt Jacobum antiochenum advenam qui ad
illas partes cum beato thomam fuit secutus cui nomine mutato nomen thomas
sibi imposuerunt. Et propterea hodie illi patriarche indie qui thomas vocantur sicut nos
pape obediunt et obediunt in perpetuum diem etc. De constitucione presbiteri Johannis

Ceterum predicti reges gloriosi qui liberos et heredes non habuerunt. Tunc
eciam de omni consilio et unanimi consensu omnium congregatorum elegerunt
ibidem nobilem et illustrem virum. qui omnibus terris eorum in
temporalibus perpetue debet preesse. ut si aliqui malivoli patriarcham vel episcopos
vel presbiteros non curarent. vel ipsis rebellarent. vel fide apostotarent quod
per brachium seculare ad viam rectam possent compelli. Et illud dominium
debet succedere perpetue per heredes et cognatos. Et iste rector vel gubernator
in temporalibus non rex vel imperator debet vocari. Sed ab omnibus presbiter johannes
debet appellari. quod quia presbitero nullus sit dignior in universo mundo cum presbiter
hominibus celum claudit. et aperit. et in eius manuum extensione et eleva-
cione omnium imperatorum et regum et principum et aliorum gemma collacionum.
prout eciam quamplures dignitates idem presbiter johannes in suis litteris scribit in perpetuum
diem et litteras quas scribit regibus et principibus sunt sic superscripcio scribit pro
salutacionibus [illegible] [illegible] [illegible] et animalium amicus et agellum
agrorum et vinearum et specialiter [illegible] et [illegible]. Et omnium illorum quod
rex ille vel princeps vel homo possidet in domibus vel in campis. Et secundum
quod ille homo est conditionis. sic eciam scribit. Et habet dextram dei benedicentem
insignio cum stellis ornatam in suis sigillis et vexillis. Item ibidem dicitur
prelatorum supra debet vocari johannes [illegible] sancti johannis evangeliste. qui
fuit presbiter et adeo ipsi pertinere magis dilectus. Item debet vocari johannes
baptista. qui dominum baptisavit quo eciam maior non surrexit inter natos
mulierum prout eos beatus thomas omnia informavit. etc.

Ceterum hii tres reges omnibus regibus eorum et principibus et nobilibus,
episcopis et presbiteris et omnibus populis thomam patriarcham et johannem presbiterum
in eorum duces et rectores in spiritualibus et temporalibus tunc in perpetuum assigna-
bant. qui tunc universi populi reges et principes homagium fecerunt humiliter
Et se eorum dominacioni subiciebant et gaudentes alacri corde super omnia
que acta et ordinata fuerant ad propria sunt reversi. Et idem duo et gubernatores
Indorum in spiritualibus et temporalibus in toto modo patriarcha thomas et presbiter johannes
vocati sunt in perpetuum diem. Ceterum idem tres reges aliis principibus de sangui-
ne eorum regali quamplures alias terras insulas dederunt. Et perpetue he-
reditarie assignaverunt. qui principes vanis imperpetuum debent vocari in
memoriale sempiternum. Et adhuc hec provincie que de vanis vocatur
et maior et potencior et nobilior in india. Et dirigente in perpetuum dies
Et hec provincie ut predictum est in actum post omnia miracula que ibidem.

assidue videbant castra fecerunt Et quilibet quamplurimi alii propter eorum nobi-
litatem diversis terris ex orbe duxerunt de quorum nomine semine anno domini
M° ccc° lxx° primo adhuc plurimi principes fuerunt superstites in curia romana
ambassiatores etc. Et ut ad propositum redeatur etc. De obitu trium regum

Cum autem omnia per istos tres reges laudabiliter essent disposita et
ordinata tunc ad civitatem Sewa ad perpetuo manendum se transtulerunt
et duobus annis supervixerunt Et tunc modicum ante nativitatem domini
quedam stella nova et rara super ipsam civitatem apparuit per quam
felicem eorum resolutionem instare intellexerunt Et quod vocabant omnibus
intimabant Unde ibidem in ecclesia per ipsos facta tumulum sibi more regio
ipsi fecerunt Octavo autem die nativitatis domini Melchior rex Arabum
et Nubie divino officio celebrato anno etatis centesimo xvi coram omni
populo inclinato capite absque dolore dulciter in domino obdormivit Cuius
corpus alii duo reges et principes et universi populi vestimentis pontifica-
libus et regalibus indutum cum aromatibus more regali prout decuit in
tumulum posuerunt Et post hec sexta die que est festum epiphanie domini Balta-
sar rex Saba anno etatis sue centesimo xii celebrata sollempniter missa
etiam coram omni populo absque dolore in domino quievit Cuius corpus rex cum aliis
principibus et nobilibus iuxta corpus socii honorifice cultu regio in tumulum
posuerunt Et sexta die sequenti tunc Jaspar rex Tharsis anno etatis sue
c nono divino officio devote peracto coram omnibus sine dolore etiam obdormivit
sepeliebatur tunc etiam more regio inter corpora duorum sociorum regum exposita
Et coram omnibus duo corpora regum se separabant pace abinvicem et corpus
tertii regis in medium eorum posuerunt Et sic hii gloriosi principes qui in vita
sua se dilexerunt ita et in morte non sunt separati Et stella rara et
insolita que ante eorum obitum apparuit prout multi dicunt quod immobiliter
permansit super civitatem Sewam quousque eorum corpora Colonie transferebantur

Post obitum enim regum gloriosum tunc deus qui eos in vita dilexit
etiam eos post mortem quamplurimum honoravit Nam diversos homines qua-
cumque infirmitate dolore et angustia captivitate vel tribulacione
detinebantur sive longe sive iuxta vel mari qui auxilium regum de-
vote invocabat deus eos per eorum merita evidenter liberavit Itaque quod de lon-
ginquis partibus terra et per mare populi in magna multitudine ad eorum
reliquias confluebant Et fidem quam cum beato Thoma predicabant in vita
etiam maioribus virtutibus et signis post mortem confirmabat Et ipsorum corpora
cum vestimentis pontificalibus et regalibus in sepulchro posita non quasi
mortua sed ut dormientia et melius quam in vita colorata omnibus
populis apparuerunt In quibus deus laudavit Per multum vero tempus eorum itaque
fides sana in civitate Sewa et in universis partibus orientis floruit quousque
tandem omnium bonorum seminavit in fidem catholicam diversas spe-
ciem opiniones et errores propter quod corpora trium regum diligentius venerabantur Nam

ut dictum est ad illud tempus quasi dormientia incorrupta permanserunt
Sed tunc eorum carnis materia de ossibus solvebatur et homines de regnis
eorum in moribus regnabant cum sint divisi tam in fide quam in persona. Et

Cum itaque eorum trium regum regna in universa terra seu plaga orientis
essent adeo divisa propter multam distantiam et discordiam nec a
patriarcha Thoma nec apostolo Johanne potuerunt revocari. Tunc
eciam in illis terris in hac dissensione caput gentilitatis revixit ab ydolatria
sua et repullulabat. Sicque in multa miseria omnes nationes regnis istorum
trium regum qui in civitate Sewa potenter habitabant et in fide divisi
adeo se etiam quibus pro tam reverentia quam concordia susceperunt corpora
sanctorum regum de sepulchro et ad loca sive partes maiore redierunt, qui
ab omni populo sicut quando venerunt de Bethleem cum hymnis et laudibus
reverenter accepta. Et in locis dignissimis ornatis fuerunt inclusa per tempora
longiora. Tunc autem placuit deo quod semen fidei itaque longo tempore labo-
rante ab hiis et ab aliis impedimentis ab aliquo modo cessaret. Sic circa
annos domini ccc et xxxviiii dum gloriosus imperator Constantinus per
sanctum Silvestrum gratia dei signis et prodigiis ad fidem esset conversus. Eodem
tempore venerabilis Helena mater sua inter iudeos indigente commorabat et iu-
daica perfidia quasi iam esset infecta et corrupta. Sed mirabiliter ad dominum conversa
prout omnia plenius in libro de inventione sancte crucis continet. Tunc quanto
magis prius venerabilis Helena in veteri testamento et iudaica perfidia
persistebat. Tanto magis postmodum in novo testamento et omnibus libris [elevabat] estima-
bat. Et omnia loca sancta que in omnibus prioribus Ihesus in [sua] civitate et quatenus
et provincia consecravit, et que ex suggestione ipsa Helena prophanata
adeo fuerunt, postmodum sancta Helena ad laudem dei et ad confusionem iudeorum
humiliter visitavit et devotissime honoravit et ampliavit. Et postmodum
sancta Helena crucem et clavos nutu dei miraculose invenit. Et montem
montem Calvarie et sepulcrum Christi et locum ubi tres Marie steterunt
et lapidem revolutum viderunt, et locum quo Ihesus ... cum discipulis
comedebant. Et locum quo Ihesus Marie Magdalene apparuit in specie
ortulani. Super ista loca omnia et super alia sancta Helena ecclesias con-
struxit. Et postmodum fratres Johannes et homines nati de regno Nubie
Nubiis montem Calvarie [rupe] contigue dignissima et per duas capellas
et sculpte fecerunt in mediale quia ibidem Melchior rex Nubie in
caligine et nebula resedit quando dominum in sua infancia que singuler
vocatur illa capella Nubianorum in presentem diem.

Ceterum in omnibus locis in quibus dominus in sua humanitate predicavit et
prodigiis consecravit venerabilis Helena in ... ecclesias fundavit. Et quia

prelati habitant episcopos presbiteros et dei ministros instituunt quibus predia et possessiones et de-
cimas habundanter erogaverunt. Et super locum quo angelus domini pastoribus cum multitudine
celestis milicie apparuit duplicem ecclesiam fundavit quam gloria in excelsis
vocant que adhuc in omnibus partibus orientis sic vocatur. et in ipsa ecclesia fuit
ditissimum collegium canonicorum et adhuc est set non tam magnum ut prius
qui speciali privilegio omnes horas canonicas cum gloria in excelsis incipiunt

Postquam hee ecclesie fuerunt facte tunc sancta helena in bethleem venit
ad speluncam in quo fuit deus natus ut supradictum est. Et iudei a na-
tivitate domini usque ad illud tempus pre invidia nullum hominem ad
intrare permiserunt set pro loco maledicto habuerunt. Et in ipso loco presepe in quo ihesus
infans inter bovem et asinum fuit positus et ipsos pannos quibus ihesus fuit in-
volutus et camisiam beate virginis quam in presepe dimiserat oblita quando de spelun-
ca fugit maria. Inventum hec omnia beata helena recenter invenit et ac-
cepit de presepio omnia secum et in constantinopolim transtulit et ibidem in
ecclesia sancte sophie honorifice collocavit. Et ibidem usque adhuc tempore Karo-
li magni permanserunt. Qui cum ierusalem et alias civitates christianorum
et christianos de manibus sarracenorum eripuisset et per constantinopolim in
redditu cum suis exercitibus transisset tunc ibidem camisiam beate marie semper
et pannos quibus ihesus fuit involutus peciit et obtinuit que cum aliis
reliquiis quibus ibidem et alibi fuit honoratus secum sumpsit
et aquisgrani in ecclesia beate virginis quam ibidem fundavit honorifice collocavit.
que ibidem a longinquis partibus a populis visitantur et honorantur in presentem
diem. Et de longitudine et latitudine huius camisie multi homines mirantur

Camisia beate Marie

Racio est secunda quod in partibus ultramarinis mulieres nobiles unam tantum camisiam
in anno conficiunt panno lineo multum bono et subtili et optimo precio
et in omnibus partibus illis vestimenta virorum et mulierum pro maiori parte
sunt linea et sunt longa et lata et ultra modum albata et propter intol-
lerabilem solis et ardorem ibidem portantur et specialiter camisie mulierum
in quibus aliqua non consistit sunt tam longe quod cum fimbriis aliorum
vestimentorum tribus vel quatuor ulnis excedunt et illa pars camisie
que sic excedit auro et margaritis preciosis ditissime est ornata.
Cum autem alicui diviti vel nobili nascitur filia tunc mox immediate in-
cipit facere tres camisias filie sue et ornamenta et alia ornamenta que
ad nupcias sunt necessaria que vix perficit usque ad tempus filie sue
desponsacionis. Et cum aliqua sponsa vel domina equitat tunc miles vel
famulus portat pedester illam partem camisie ornatam brachiis suis extensis
et alie mulieres que non habent tam preciosas camisias ornatas hee habent
et omnia alia vestimenta multum extendencia et camisias
longas et albas omnia alia vestimenta multum extendencia et diversis
aromatibus et herbis et odoriferis fumatas ita quod ubicumque equitat vel
transeunt eorum odor et fragrancia per totam plateam sentitur. Unde camisia

beate virginis que est Aquisgrani secundum quem modum illarum partium et secundum spa-
tium temporis longum videtur fuisse et esse nullum durius et humilius. Item nota
Sciendum est quod locus in Bethleem in quo deus fuit natus Appositio videat
in quo eciam tres reges ihesu munera obtulerunt qui locus ut supra
dictum est pridem fuit odiosus. Super quem locum beata Helena pul-
cherrimam ecclesiam construxit et fundavit et marmoribus et auro subornavit.
Huiusmodi optime et regaliter quadrata cancellata et in modum castri et
propugnaculis structam sed non testudinata sed super ligis et ligna cedrina plumbo
est cooperta. Et cum de choro descendit ad speluncam ubi Christus fuit natus
Et in ipso longe absque est altare. Et in ipsa spelunca Jeronimus et Paulus
et Eustachius nobiles Romani qui ex devocione ibidem cum sancto Jeronimo de-
gerunt sunt sepulti. Et in ipsa pulcherrima ecclesia sunt lxx columpne
marmoree tecta et ligna sustentantes et portantes. Et cum dudum apostate
Saraceni pulchriores columpnas extrahere voluerunt et in eorum templo
ponere proposuerunt Sed horribili visione perterriti ipsas stare permiserunt. Et hec ecclesia
regaliter est consummata. Et venerabilis Helena ipsam ecclesiam propriis cera-
nonicos et fratres et dei ministros instituit. Et qui ex speciali privilegio
in omnibus missis tempore quo prefectus Gloria in excelsis cantabat
Et in festivitatibus omnes horas cum Gloria in excelsis inchoabat et
quadragesimas tenentes. Ultra hec ecclesia decimis per singula longinqua
esse vallata. Sed propter hoc ecclesia sancta ad presens Soldani serviunt. Cumque
Christianus ipsam ecclesiam intrare volunt dat ibidem duos denarios. Et
nunc greci clerici sunt ex passione ad eorum divinum officium peragendum
in nocte nativitatis domini. Et tunc cum ydiomatibus linguarum diversis qui
sub celo sunt frequentant ecclesiam conveniunt. Et tunc omnia hospicia in Beth-
leem peregrinis intus et extra sunt plena. Et propter lucrum Soldani quoque
sive officiales non permittit ibidem nisi Christianos intrare. Et omnes tamen qui
ibidem in nocte nativitatis domini conveniunt licet in linguis et fide sunt
diversi tamen quilibet per se et secta sua in ipsa ecclesia sunt per se sua speciales
locum proprio secundum ritum eorum officium divinum faciunt solempniter. Christiani
latini qui sic sunt secundum ritum latinum ecclesie agunt divinum officium in
spelunca in altari quo dominus ibi fuit natus. Et tunc in ipsa nocte di-
versa ydiomata lingue cantus et melodie in variis linguis audiuntur
tamen nullus impedit alium in suo cantu vel aliquo risu vel clamatu. Et
nunc celebrata prima missa scilicet Dominus dixit ad me filius meus es tu. Tunc
vadunt ad ecclesiam duplicem que Gloria in excelsis dicitur ubi angelus
pastoribus dominum nunciavit. Et ibidem celebrat missam scilicet Lux fulgebit.
Et hee due ecclesie distant ab alia dimidium miliare. Et eadem
illa missa celebrata tunc omnes populi cum gaudio et cantu redeunt.

[Margin:] Eam de lege ... Gloria in excelsis cantatur

[Margin:] ecclesie Gloria in excelsis

in Bethleem ad summam missam. Et tunc universi homines quarumcumque
linguarum vel secte conveniunt in ipsa ecclesia cantant illam antiphonam
in latino Hec dies quam fecit dominus etc. quia in omnibus illis partibus conveniunt
sunt. Porro et iudei illam ecclesiam stabulariam vocarunt. quia sancta He-
lena illam pulcherrimam ecclesiam super stabulum et tam vilem locum eius
obsequio fundavit. Item omni nocte nativitatis domini tabula venerabilis He-
lene matris eius. Virginis beate gemmis septa iuxta presepe in spelunca pen-
debat que sic incipit Benedicta Helena fuit bona stabularia. que hic
presepe domini sui fideliter quesivit. Item in festo epiphanie domini est in ipsa
ecclesia etiam magnus concursus omnium linguarum. et in loco ubi tres reges
de stabularia sancta Helena domino munera obtulerunt magnam stellam optime deauratam pendere
consueverunt que per totam illam diem artificialiter de loco ad locum in ipsa
ecclesia cordis trahebatur et regebatur. Et de prerogativis huius ecclesie et pro
nazareth aliis ecclesiis in Bethleem longum esset enarrare et qualiter festum epiphanie
Ceterum cum hee ecclesie essent complete tunc sancta He- prout homines in historiis audivi
lena transtulit se Nazareth que est civitas multum delectabilis. et amena
et in valle florida sita. et non est munita et habitatores eius et domus
a domo disperse hic et inde. et in ipsa civitate ecclesiam magnam fundavit ibique
archiepiscopum et canonicos perpetuos instituit et possessionibus dotavit. Et in eadem
ecclesia adhuc est prope chorum Camera beate Marie et in qua fuit quando ei Gabri-
locus in quo dominus nunciatus per Gabrielem el dominum conceptum nunciavit. et ex ipsa camera nunc facta est capella in
qua est columpna contra quam angelus stetit. Et eius ymago sicud in sigil-
lo in illa columpna est impressa. et ante ianuam illius camere usque ad pre-
sens est fons de quo beata Virgo aquam frequenter haurire solebat. et ibidem
angelus sepius confortabat et ex illo fonte aquam peregrini ad longinquas
partes efferebant et plurimi infirmi sanitatem receperunt. Item ob invidiam Sarraceni
ipsum fontem obturaverunt et quanto plus obturabat. tanto plus erumpebat
nec Sarraceni obtinent ex illa aqua in presentem diem. Et ipsa capella fuit
continuales presbiteri qui omni die de annunciacione domini missam et horas cele-
brabant. Et iuxta hanc capellam et columpnam lapideam per quam angeli
Marie dominum nunciavit usque in presentem diem signum pendebat. Et do-
peritis annum semel tangit illud signum ante occasum solis. Tunc est illa
hora qua angelus dominum salutavit et deum nasciturum nunciavit. tempore quo camera
fuit in camera specialis minister qui semel tangit illud signum vel columpnam
pulsat per acta tunc trahebat primum campanam que supra columpnam pendebat. tunc
homines cum genuum flexione ter Ave Maria dicebant. quia ipsa hora
angelus Mariam salutavit. Et exinde in universo mundo pervenit in
consuetudinem quod ante occasum solis trahitur campana et dicatur a fide-
libus ter Ave Maria. Et illa capella in omnibus partibus orientis vocatur
Ave Maria. Et a fidelibus a longinquis partibus visitatur in presentem diem. Unde
sicut videmus in omnibus partibus illis altitudo camere Nazareth predicatur

~~ad me~~ uaria et Sarraceni inpredictam nobilissimam ecclesiam penitus mortem(?)
uiniatorum peccatorum et cadancia(?) et capella sancta illesa quia degunt ibidem qui vo-
cant principes nobiles qui ex speciali consuetudine ... uinum denarium volunt ...
venaciana(?). Et tunc homo cum omnibus rebus suis est securus et ista ciuitas Na-
zareth in principatu galilee sita. Et iuxta fines galilee est mons non mag-
num sed ualde altus qui vocatur mons tabor super quem Ihesus coram discipulis
suis transfiguratus est. Super illum montem sancta Helena eciam pulcherrimum monasterium
fundauit in modum castri cum turribus et propugnaculis undique firmauit cuius or-
dinis benedicti abbas anulo et baculo pastorali et plumbea bulla utitur. Et ipso die
Sixti et felicissimi et agapiti celebrat festum transfiguracionis. Et tunc in omnibus
partibus orientis celebrant misse cum nouo vino et omnes metropolitane in honore
transfiguracionis domini sunt consecrate. Et ipso in omnibus ecclesiis eandem cantant missam
Dominus dixit ad me alleluia. Dicens sanctificacionis Euangelium assumpsit Ihesus discipulos
suos et ascendit in montem excelsum et figuratus est ante eos. Et ipso die
omnes reges principes et nobiles barones et milites et prelati in ipsa dio-
cesi ad dedicacionem ecclesie sue conueniunt. Et omnia eorum vexilla ad coronam
altaris figere et ponere faciunt. Et omnes ecclesie metropolitane eciam cathedra-
les in omnibus partibus orientis ad sanctam Sophiam vocantur. Et iste mons Tha-
bor distat a ierusalem tres dietas. Et inter ierusalem et istum montem Ihesus cum
suis discipulis suis transiuit in quarante et predicauit et sanauit egros
vbique non erat. Et iste mons Thabor non est maiore capacitate quam
illum montem comprehendit. Et cum capcionem Acon Sarraceni hoc monasterium
acceperunt et exinde castrum fecerunt. Et iam in pede montis aliud castrum
fecerunt aquas Sarracenis ascensum et descensum occupauerunt ob castrum
et monasterium supra montem sunt de strenita &c.

Cum itaque venerabilis Helena in hiis et in omnibus locis quibus
ei expedire videbat episcopos presbiteros et dei ministros instituisset
et ad laudem dei ... et laudabiliter ... decorasset
et regionis ... regum cepit ... et ad terram Indiam
peruenire ad ... Constantinopolim filio quia eius regnante imperio cum
~~...~~ maximo comitatu se transtulit ad Indiam. Et omnia ibidem templa
ydolorum potenter destruxit. Et ad honorem dei ecclesias et monasteria
fundauit in quibus eciam archiepiscopos episcopos abbates instituit. Et culturam dei
in omnibus partibus illis ... reparauit. Et fidem christianam que in illis
partibus ... tunc ... honorauit et exaltauit. Et tunc
omnes iam unanimiter ad reginam Helenam venerunt quia audierunt
... mirabilia et magnalia de inuencione sancte crucis et clamore et
... et pauore quibus ... fuerat inuoluta ...
sunt ... in quibus omnes ... Helene congratulabantur. Et iudei et genti-
les in ydolatria et cecitate permanentes ... dolebant ... et confundebantur. Tunc

mons tabor transfiguracionis domini

missa transfiguracionis domini

venerabilis Helena de corporibus trium regum beatorum cepit diligenter investigare
Et cum ipsa de eorum regnis et vita et gestis plenius fuisset instructa Tunc
de eorum corporibus cepit ardencius cogitare et laborare Cuius desiderium implevit
deus omnipotens qui se ipse est omnibus invocantibus eum in veritate Et qui primus crucem
suam et clavos in terra profundissima absconsos revelavit Eciam corpora
istorum trium regum indicavit Quorum duo corpora Melchior et Balthasar
a patriarcha thoma et a iohanne presbitero suis indore et ab aliis illarum
terrarum principibus et prelatis ad ampliandum honorem dei [illegible] impe-
travit quia tunc presbitero Iohanni imperio pertinebat ipsorum trium regum corpora remanent
Corpus vero Jaspar Nestorini heretici de regno ipsius Jaspar tradiderunt
Cuncti sub eorum potestate habuerunt et in sua nequicia perdurantes
usque ad effusionem sanguinis diu resisterunt Et ob invidiam negaverunt
et ad meliorem et forciorem insulam nomine egrisuulle que a tunc
Jaspar rex insule vocabatur suum corpus transtulerunt et secretissime abscon-
derunt Venerabilis Helena itaque cum ista duorum regum corpora videns ipsorum
reges indivisos esse per multos solempnes legatos precibus multis et mu-
neribus apud potenciores insule obtinuit quod corpus beati thome apostoli
quod tunc ibidem impetraverat pro corpore Jaspar tercii regis dedit et permutavit
et ~~eisdem~~ eiusdem corpus thome apostoli nestorinis huius est oblatum
et ... causa eius totaliter est restitutum Et in presentem diem est ibi quod
hic translati sunt Constantinopolim — vaticinium quod ad hunc corpus beati thome apostoli eius tercia vice ...
et Colonie apud trium regum corpora translata et ibidem primo fuit inspecti
Ceterum cum itaque corpus tercii regis Jaspar de insula portaret Et ...
aliorum duorum regum corpus iungeret Tunc illius odore fragrancia
ceperunt ab eis et homines de longinquo venerunt et suavi
odore replebantur Tunc venerabilis Helena ipsorum trium regum corpora in loculo
ditissimo posuit et in maiorem Civitatem filii sui transtulit quam fundaverat
scilicet Constantinopolim que est caput Grecie cum magna exultatione
et reverencia cum aliis diversis reliquiis quas ipsa inde impetraverat ab omnibus
Ecclesia s. zophie — populis cum laudibus et hymnis honorifice sunt recepta et ibidem in ecclesia
beate zophie reverenter locavit Et est sciendum quod predicta ecclesia beate zophie
pre aliis ecclesiis est ultramodum lata et magna Ita quod navis magna
tunica domini — cum omnibus velis suis in ea se possit vertere et girare Et in ipsa ecclesia
est tunica inconsutilis et tres columpne ad quas deus fuit ligatus et quamplures
alie reliquie venerande de quibus grecia nunc est tuta et tempore regis
francorum lodowici ad hunc spinea corona etiam ibidem fuit et quando
turci et sarraceni Constantinopolim adiungerunt grecorum vellent destru-
xissent tunc ibidem imperator grecorum sancto ludowico regi francie spineam
coronam donavit que cum grecorum magna lamentatione et fran-
corum exultatione in castrum sancti laurencii ... fuit ducta Et

ad villam parisiensem translata que gesti retroacte perierant in presentem diem. etc.

Ceterum in ecclesia sancte Sophie stat columpna magna marmorea super quam stat ymago imperatoris optime deaurata Et est poma rotunda modo habet in sinistra et gesta contra orientem rebellibus et Sarracenis comminans dextera Et iuxta hanc columpnam sancta helena predictorum trium regum corpora in loculo ditissimo diversimode ornato honorifice collocavit. Et predicta trium regum corpora aliquamdiu temporibus ibidem sunt visitata. Nam omnes qui in fide et devotione eorum auxilium implorabant a quartanis febribus et tribulacione detinebantur eorum meritis fuerunt liberati. etc.

Post obitum Constantini et venerabilis helene. Juliano apostata regnante tunc ydolatria et gentilitas pullulavit et gravissima est persecutio in christianos longis temporibus facta. prout in passionibus sanctorum et in aliis libris plenius reperitur Et quando persecutio gladii in martiribus cessavit. tunc cepit in universo mundo alia nova persecutio hereticorum et scismaticorum diversorum que erat contra fideles catholicos oriri. et ipsa hereticorum errorum persecutio fertur durior fuisse. quam persecutio gladii Et in hac persecutione greci licet habuissent quamplurimos egregios doctores. et predicatores et romanos pontifices de grecia natos. tamen in articulos fidei romana ecclesia sunt divisi. prout inferius audietis Et sibi proprium patriarcham eligerunt Cum ab illo tempore in omnibus ut nos domino pape in presentem diem obediunt Et in hac tempestate reliquie trium regum corpora absque aliqua reverentia et in malis cura permanserunt Tunc duces grecorum et armenie tradiderunt in manus Sarracenorum. et persici. qui hac terras multum destruxerunt quos Narsetum (?) sanctus. imperator et regina. honore cum auxilio mediolanensium recuperavit. unde inferunt quod eius consilio imperatoris. trium regum corpora cum aliis reliquiis fuerunt translata et legitur sic Rex Manuel imperator grecorum Eustorgium virum ~~religiosum~~ religiosum et prudentem natione grecorum Et apud imperatorem potentem pro legatione mediolanum misit Quem ibidem in archiepiscopum elegerunt. Qui prius pro eis trium regum corpora detur multis cum ab imperatore grecorum impetravit. Et secum mediolanum supportavit Et in ecclesia que nunc est fratrum minorum cum laudibus et ympnis honorifice collocavit. ubi ecclesia dei prevalida tempore

Hic translati mediolani

Anno domini M° c° lxiiij imperator fredericus multa mirabilia operatus e civitate mediolanensi devolavit. tunc meliores et nobiliores in civitate pavie scientibus ipsa trium regum corpora secretissime absconderant Et Reynoldus archiepiscopus Coloniensis tunc cum imperatore in adiutorio eius predictam civitatem expugnavit. Et tunc ibidem Reynoldus pallatium Assonis expugnavit et ad manus suas obtinuit Et illum Assonem. imperator omnibus palliis oppositum habuit Tunc ibidem dominus Asso percepit ut ad archiepiscopum secrete sermone possent venire. quod sibi fuit concessum. Et veniens ad eum petivit ut sibi gratiam apud imperatorem impetraret Tunc trium regum corpora vellet sibi manifestare et dare Et cum Reynoldus archiepiscopus fecisset

Hic transferuntur Coloniam

et sibi graciam impetrasset tunc idem dominus episcopus sibi reliquias dedit ut premissum est
quas cum thesauris cum magno honore per suos fideliores et secretiores usque Coloniam
statim subsecrete destinavit et postmodum ab imperatore imperio trium regum
corpora recepit et impetravit quia dubitavit eciam thesaurum non posse impetrare
et dum impetrasset tunc primo imperatori indicavit quod eos iam usque Colo-
niam destinasset. Et in Colonia ab omnibus populis cum ympnis et laudibus hono-
rifice sunt accepta. Et in ecclesia beati Petri reverenter collocata per quos deus
eciam ibidem quamplurima mirabilia operatur et a principibus et diversis populis ali-
quibus visitatur in presentem diem.

Legitur eciam in quibusdam libris quod per quem tempore regum corpora de Constan-
tinopolim in Mediolanum et de oriente in occidente sunt translata
tunc omni heretice et scismatice precipue heresis Lombardia Tuscia
et Apulia sunt infecta predictorum munere trium regum que domino obtulerunt

De heresibus confusis per munera Christo oblata

sunt confusi et annichilati in auro thure et mirra prout designat in uno
eodemque Christo divina maiestas et regia potestas. et humana mortalitas thus
enim pertinet ad sacrificium aurum ad tributum mirra ad sepulturam. Unde
hec fides sancta ecclesie non desinit deum unum verum deum regem verum hominem
credit. In oblacione thuris confusus est Arrianus qui soli patri sacrificium offerre
tendebat. In oblacione mirre confusus est Manicheus qui Christum vere mortuum
pro nostra salute non credidit. In auro vero confusi sunt quia Manicheus Christum
ex semine David secundum carnem natum non credit regem. Et Arrianus mitem
unigenitum talem fuisse prout inde cognoscet regem aquo presidem regem
et aquo infidelitatis crimine primat quia ab uno divinitatem et ab altero
carnem negat. Insuper eciam muneribus confusus est Nestorius qui Christi...

De reverentia trium regum in partibus orientis

Ceterum in quali reverencia hii tres reges habeantur in diversis partibus inter dominos
principibus et nobilibus in omnibus terris orientis. Et est sciendum quod presbiter Jo-
hannes dominus Indorum et omnes reges sub eius imperio et rex Georgie
superioris. et rex Georgie inferioris et omnes alii reges christiani in die Epipha-
nie sicud in die coronacionis eorum vestimentis regalibus et aliis ornamentis
in honore trium regum beatorum sunt ornati et coronati. et tribus vicibus in
missa oblaciones offerunt ut in introitu misse et offertorio et communione aurum
thus et mirram. cum humilitate et devocione et alii principes et nobi-
les quilibet pallio se ornat prout est maiore nobilitate et facultate. Etiam
omnes ter in missa offerunt oblaciones. Insuper eciam reverencia habent hii tres reges
ab omnibus hereticis et scismaticis in omnibus partibus orientis et transmarinis
qui adhuc ibidem permanserunt fidei christiane in diversis partibus et sectis
et divisa secundum hos homines quorum nomina subsequuntur.

De diversitate hereticorum

Nubiani. Soldani. Nestorini. Latini. Indi. Armeni. Greci. Suriani
Georgiani. Iacobite. Nicolaite. Copti. Ysini. Maronini. Mandapo-
les. et ex omnibus christianis ibidem super omnes predictos hereticos in tempore hodierno

sectas semper fuit predicatio latinorum et pro eo eosdem vocant latinos quia cantant latini
et legunt missas et horas sicut in latino sicut in partibus istis Sed nullum solempnius
peragunt in die epiphanie domini officium peragunt quam in partibus istis et eciam
cantant prosas specialibus melodiis. Item nubiani sunt homines de regno Nubiani
arabie et nubie nati in quibus Melchior regnavit qui domino aurum
obtulit Et hii pre ceteris gentibus in fide stabiles permanserunt et sicut rex
eorum qui domino aurum obtulit Ita et isti nubiani semper in fide perse-
verantes sunt sancti Hii specialiter nubiani in omnibus partibus orientis ubique volunt
prerogativa hec pre aliis gentibus in honore sui regis in ponendum diem
et quocumque pergunt simul in tunicis pergunt etc.

Item soldani sunt homines de regno caldee et saba nati in quibus Soldini
regnavit baltasar qui domino thus obtulit Hii parte in fide corrupti
a quodam heretico nomine solding et sunt se parte ad ritum grecorum
et partem nestoris et utuntur lingwa caldaica et proprium ydioma Et hii in
partibus orientis non tantam prerogativam sicut nubiani Nam sicut ipsi plene
fidem non custodierunt Et sicut baltasar rex eorum domino thus obtulit
Cuius odor quibuscumque mixturis in igne totaliter non tollitur quin nisi
odor odorat Ita ab hiis soldinis fides perfecta non est totaliter oblita licet
in eis aliquantulum sit corrupta Et eorum presbiteri cum auro et diaconi
cum thure et subdiaconi cum mirra ad altare accedunt et ad celebra-
dum et hoc faciunt in signum quod ipsi tres reges domino aurum thus obtulerunt.

Ceteri homines de regno tarsis et insule egrisuille nati
in quibus Jaspar regnavit qui domino mirram obtulit in omnibus Nestorini
partibus orientis nestorini vocantur quia ad quodam heretico nomine
nestorino fuerunt corrupti Hii inrevocabiliter a fide catholica perfecta totaliter
recesserunt et apostataverunt Nam sicut mirra quam Jaspar rex eorum ob-
tulit nullis aliis mixturis potest adulterari Sic hii nestorini a-
nullis doctoribus et predicatoribus ab eorum heresi nunquam potuerunt revocari
Et hii tres reges in nulla reverencia habent et qui ex eorum ordinat
presbiteris sunt accipiunt ab eis sacramentum et manum qui dedit in orbis
missis illos cognoscere quomodo ex hiis et aliis eorum Jaspar ipsis fuit
oblatum Et ipsi in omnibus partibus sunt exosi Et tota regna eorum heresi
sunt infecta Et sunt pro maiori parte ethiopes nigri Et eorum reges et
balyne pingunt deum et virginem omnes nigram et sanctum thomam ni-
grum et diabolos albos ad despectum aliorum prout dicitur pluries plura-
Item indi de regno presbiteri Johannis nati sunt boni christiani Indi
et habent patriarcham qui thomas vocatur Cui ipsi in omnibus obediunt
sicut domino pape Et presbiteri Johanni sicut nos imperatori et horum ambo-
rum mandatis.

Ritus de presbiteris quibusdam

in civitate Seuwa in qua eciam tres reges habitarunt. Et cum ipsi eorum
ordinant presbiteros tunc benedicunt ignem in capite eorum ponunt ferrum acutissimum et cum
et cum ipso ferro acutissimo benedicto ferventissimo scindunt presbiteris frontem et na-
sum deorsum usque ad ossa media. Et hoc faciunt in signum quod spiritus sanctus
in igne descendit in discipulos. Et in ipsis capitulis presbiteri constituuntur
in ipsis partibus illis sicut in populis istis coronis rasis. Et dum isti presbiteri missam
celebrant pendunt coronam auream vel deauratam super altare. Et sunt dya-
coni et presbiteri et subdiaconi cum omnibus suis ad altare separatim tenent at-
cedunt et hoc faciunt in signum quod tres reges cum omnibus regnis tribus viis
in Bethleem ad dominum ad adorandum ad presepe stella duce simul et semel

Presbiteri Grecorum uxorati.

convenerunt. Item presbiteri Grecorum sunt uxorati. Et habent longas barbas et non rec-
dunt spiritum sanctum a patre et filio procedere sed solum a patre. Item non credunt esse pur-
gatorium. Et in multis articulis ab ecclesia Romana sunt divisi. Et dum volunt
missam celebrare tunc scindunt de pane fermentato hostiam quadratam
quam in medium auream vel argenteam ponunt et desuper stellam ponunt
in medio tripedis separatim cum panibus oblatis. Et in diversis [illegible] tectam
Et post offertorium ponunt oblatam cum disco et stella super caput et cum the-
ribulis et candelis per ecclesiam circumeunt usque ad altare. Tunc omnes presbiteri
proicientes cadunt in terram. Et hoc faciunt quod ipsi tres reges cum muneribus

Suriani

dominum quesiverant quos stella ad presepe perduxit etc. Item Suriani sunt
homines de regno Indie nam alia terra ubi que olim Judea vocabatur
nunc Syria dicitur. Isti Suriani non habent multum de heresi. Et in partibus illis de-
cinctium vocatur quia primo [illegible] sunt facti in prerogativam quod de regno

Festum beate Barbare

Indie sunt nati. Et habent vigiliam beate Barbare cum corona in Babilonia que
sunt in maximo gaudio deducunt sicut in partibus istis vigiliam sancti
Martini. Et habent in Indiis maximum Persiam et sanctos reges. Et hoc faciunt
in honore trium regum quia in regno Indie unde ipsi sunt nati dominum affirmant

Armeni

Item Armeni sunt homines in armis strenuissimi. Et multos errores
antiquos per posuerunt. Nam in ~~vigilia~~ vigilia pasche carnes dyaca
comedere consueverunt dicentes quia dominus surrexit sabbato a mortuis. Et presbiteri
eorum aquam et vinum in celebracione supposuerunt. Sed nunc cottidie ad fidem
sancte Romane ecclesie accedunt. Et episcopi eorum ordinant in latino. Et missas
eorum et processiones cantant melodia latinorum. Et ipsi Armeni induunt ves-
tibus et vestimentorum et pilleis in presentem diem in modo et in forma prout
tres reges fuerunt usi et induti qui in ortu domini quesierunt etc. Item

Georgiani

Georgiani sunt homines de regno Georgie superiore nati. Et habent in magna
parte se ad ritum Grecorum. Sed in heresi non obstinati quociens tendunt in
bellum ut fessones sunt intendunt. Et semper habent vexillum cum ymagine
sancti Georgii depictum et sunt in armis eciam strenuissimi. Et habent corpus
Machometi prophete et proprium ydioma. Et habent archiepiscopum qui est in monte

et in claustro sancte katherine. Cui ipsi in omnibus obediunt ut nos domino pape
et eorum religiosi tenent se ad ordinem sicut anthonii et per omnem terram solda-
ni transeunt absque aliquo debito vel impedimento quia pallijs sunt sarrace-
nis amicabiliores et vicinciores. Et ubicumque transeunt tam religiosi eorum
quam seculares semper cantant de libris regalibus. Et in die eorum etc. Item alii
sunt qui eciam georgiani vocantur nati de regno georgie in oriente quod nunc Georgiani
Abcas vocatur. Et in hac terra est mons super quem post diluvium archa noe archa noe
requievit. Serpentibus et aliis causis horribilibus ad ipsum montem non est accessus stetit hic
neque via. Sed tamen super cacumen montis videbatur. Super cuius montis cacumine
quoddam lignum nigrum et apparet quasi magna arbor combusta et ace-
dit in colore illius terre. Quod illud lignum ad huc de archa noe ibidem
permansit. Et in hac terra est quedam alia terra que Hemissen vocatur Hemissen terra
et est quinque miliaribus in longitudine et latitudine. Et per circuitum terram tamen
sit fluvius quidam et intrata nebula et caligine tenebrosa sita quod
numquam ibidem preterquam sol intrat. Et incole dicunt illius terre quod in nullo libro
sit scriptum vel auditum quod aliquis illum locum intraret vel exiret. Tamen
[illegible] homines audiunt. Et terra illum locum sit uberrima pastura
et in ipsa terra est gens christiana. Nam in ipsa frequenter audiunt hin-
nitus equorum et cantus gallorum. Et de flumine quo per circuitum terram fluit
descendunt ligna et scarma et talia quos in manibus christiani tor-
nantur. Et legitur in cronicis illius quod tempore cuiusdam [illegible] imperatoris domini
machometi et sarraceni potuerunt expulisse. Et gentes undique ne-
frangissent et fugassent. Et tunc sarraceni in omnibus obsedissent quod neque
ad dextram neque ad sinistram potuerunt declinare. Tunc populus au-
xilium dei invocabat. Et multa sua regna que tunc temporis in oriente et
in universo mundo nullum venerabant ut deus eos per celum multa liberaret.
Tunc statim ibi sarraceni simul cum regibus et principibus ac potestatibus
sunt ibidem ad presentem manentes venit ipsum locum tunc nebula et despa-
ruit ibidem et caligo tenebrosa operuit et circumdedit. Et ab illo tempore numquam
aliquis eorum exivit nec aliquis de populo ad eos intrare potuit
usque in presentem diem. Et quando predicti georgiani transeunt cum turbis sicut
[illegible] vadunt cum vexillis in quibus imagines sancti georgii regum
sunt depicte ipse quod coram nobis deus eos credentes liberavit etc.
Item iacobite sunt homines sancti [illegible] et unde in diversis terris Jacobite
dimisit vel alios homines [illegible] et aquam [illegible] nomine iacobo fuit
[illegible] et tamen non credunt trinitatem sed unitatem in signum cuius faciunt signum
crucis tantum uno digito. Et coram presbitero stant simul in altari et secum cum
eorum [illegible] communicant. Et faciunt hoc in signum quod tres reges simul et
semel domino in presepio munera obtulerunt etc.

maronini

Item maronini sunt homines secundum heretici agnomen heretico maro sunt
corrupti et etiam habent et inde in diversis partibus sunt dispersi et eorum
presbiteri et diaconi etc. sunt etiam uxorati et per totum annum nisi in festo pa-
sche et nativitatis domini celebrant, nisi de beato thoma et de tribus regibus
et hii habent ecclesias consecratas et ex parvali causa estimant ecclesias eorum esse
violatas videlicet quod gutta pluvie intus cadat, vel radius solis aliquo foramine pe-
netrat, vel avis pertranseat et etiam quolibet tamen consensu et voluntate
separant vinculum matrimonii parte altera non vocata. Item Copti sunt homines
secundum hereticam sectam per se etiam inter alios habent et inde etiam dispersi habitantes et
eorum presbiteri utuntur quodam libro fabulose a sede apostolica reprobata et ipse
liber sancti patri vocatur secreta et in missis eorum legunt [illegible] in eadem
et episcopi eorum utuntur cappis sicut predicatores in aliis missis addunt collectam
de tribus regibus. Item Gyssini sunt secundum heresia et habent sectam per se et pro
maiori parte degunt in egypto sub domino soldano et hore infantes suos
baptizant tunc presbiteri eorum in frontibus infantis scindunt crucem cum ferro
acuto, cuius signum crucis in frontibus eorum permanebit omnibus diebus
vite eorum et hii firmiter credunt et adhuc in tantum iactantur ne accedunt
quod hii volent in babilonia regerent ubi soldanus habitat et unus [illegible]
lapidem sumeret et parvulum eorum [illegible] capillum non deberet permanere
sed ibidem perderetur quod tamen impossibile est quod tot homines cum [illegible] possent
nasci et hore presbiteri post missas dant benedictionem quod deus eos regat et con-
servet in omnibus locis sicut tres reges conduxit quando eos stellam in
bethleem perduxit. Item alii maronini sunt homines secundum heretici et
etiam sunt dispersi inter alios [illegible] et sarracenos degentes et pro maiori
parte habent se [illegible] [illegible] et non credunt. Tamen quecumque agunt dicunt
in nomine et tribus regibus beatorum. Item Nicolaite sunt secundum hereticam antiquam
et de quibus legitur in apocalypsi ut inter alios [illegible] habent et
reputant et predicant pro ineradicabili peccato quod si vir mulierem vel mulier
virum pro concubitu rogaret quod non deberet alter sic negare et quodcumque peccata
commisit pro concupiscentia quod deus remittet. Et predicant etiam peccatores dei demo-
nes esse salvandos. Unde est sciendum quod omnes supra dicti heretici et specialiter
isti Nicolaite post mortem origenis magne auctoritatis [illegible] nomen
glosarum denigrare intendebant, nam omnes errores et heresim et articulos
suos in libris origenis ad confirmationem eorum heresis [illegible] fecerunt quas
opera que deus [illegible] non condidit et quamplures alios errores scripserunt et addi-
derunt que tamen eos origenis non docuit, et alii simplices secundum [illegible] et
omnes libros origenis quos in origente invenire potuerunt scabis et peccatis
atraxerunt et commiscuerunt et non nomen libros scripserunt et addiderunt
que voluerunt seu et deleverunt et quod deus abiungeret eorum heresis et scripserunt
quod veraciter origenis errore consentiret quod tamen non fecerat. Unde alii boni secundum
libros origenis comburere intendebant et sic celebrata est sinodus in origente.

apostolice sunt dampnatum origenis et libros eius. Sed in libris in grecia in maxima
auctoritate permanserunt / et omnes errores quos habuit in libris sunt subscripti (?) deleverunt
nam in omnibus antiquis libris origenis nil vel parum errores invenerunt. Sed contra
omnes errores eorum glosas omelias apposuit videlicet attendite a falsis prophetis et super
ewangelium mathei et alia quamplura ubi errores hereticorum quemque videbat omelias
glosas apposuit. Super quas omnium hereticorum errores confundit et emendat. Repperiuntur que
usque in presentem diem per omelias attentius habentur in universo modo. Et quedam omelie — omelie sine titulo
sine titulo leguntur super ewangelium quas aliqui origenem fecisse et asserentes
ipsum esse dampnatum. Sed non attendunt quod ipsam attentius in ecclesia katholica
habent sicut que cum titulo leguntur. Et aliquam hominis iudicii non est origenem
vel hominem aliquem esse salvatum vel dampnatum. Nec credimus quomodo talia hic
factum esse. Si aliquando erravit / nam in omnibus partibus orientis de ipso leguntur
quod nullus post apostolos tam apostolicam sedem sequebatur sicut origenes. Nam semper
ciliciis erat indutus. Et nunquam comedit nec vinum et omne quod inebriare — vita origenis
potest bibebat et qualis erat in doctrina talis erat sua vita / et de nocte
et die semper scriptores iuxta se habebat qui ex ore eius libros scri-
bebant et quamplurima utilia et multa leguntur de ipso in oriente de quibus
longum esset enarrare. Nam episcopi et doctores et sancti patres ab hoc nomine ori-
genes sibi nomen imposuerunt / et in omnibus partibus orientis pro uno eximio
et nove sanctitatis et doctore egregio habetur in presentem diem. Sed ut ad propositum
redeam Cum iacobite sive heretici tam perfecti (?) in universis coram (?) ... dat
elemosinas et osculatur pueros et uxorem suam et liberos suos in tempore (?) ...
regni celorum. Item in oriente et partibus ultramarinis sunt homines eamque
eidem mandopoles vocantur / Qui non habent aliquam sedem specialem in maximo — mandopoles Czigani
tempore cum fuerint et non servant neque nascitur (?) Sed nec in hyeme nec
in estate in pluviis vel in frigore vel in estate solis ardore. Neque diebus neque
noctibus in domibus sive stabulis dormiunt. Neque uxores et filie in domo
pariunt. Sed de loco ad locum de villa ad villam per totum annum vagant. Et quam
diu moram in uno loco faciunt tunc cribra et alia in domo necessaria
manibus operantur / et in uno loco ultra biduum manere non possunt. Et si ma-
nserint statim morerentur / Et habent inter se ydioma speciale quod nullus nisi
ipsi inter se possunt intelligere aut docere. Sed ipsi quamplura ydiomata ibidem
sciunt et intelligunt. Et nunquam habent inter se discordias verbis vel factis. Nec ali-
quis alteri aliquid furatur. Vel si aliud cum uxore sua vel filia sua in adul-
terio vel concubitu reperit non vastit (?) sed quod petit reddat sibi talionem. Et habi-
tant (?) ad assumendum civitates vel villas timore (?) vel hereticorum vel simplices (?)
maometanorum vel sarracenorum vel turcorum vel tartarorum premunt. quod diu ubi
eos sunt et conservant tam diu secundum legem et morem ibidem more se habent
et vivunt. et unaquaque ieiunat. celebrat. comedit. bibit. operatur. dolet. plangit.
gaudet. ibi eciam et ipsi homines ieiunant. celebrant. comedunt. bibunt. ope-
rantur dolent plangunt gaudent. Nec habent aliquos proprios vel sedem vel legem specialem.

Et in quibuscumque latinorum vel hereticorum vel paganorum loca perveniunt secundum ritum
eorum se tenent ut dictum est Mulieres eorum secundum ritum ibidem pariunt infantes secundum
ritum baptizant Missam secundum ritum ibidem faciunt confessiones et accipiunt corpus
Christi eorum secundum ritum ibidem tradunt ecclesiastice sepulture et quibuscumque locis
latinorum vel hereticorum vel paganorum sunt ubi ecclesie dimitta ibidem cum tubis et
musicis instrumentis omnes cum uxoribus et pueris simul et semel perveniunt ad celebr-
[illegible] instanter humiliter et devote Et sicut semper missam debent regibus
celebrare Et tunc homines et mulieres heretici et scismatici supradicti exemplum os-
aliis modis sunt de quibus longum esset dicere nisi quod in tempore tres reges vene-
rantur ut eo magis et diligencius et katholice venerant Item sunt mol-
Arriani gente alij pessimi heretici qui arriani vocabantur Et contra reges nulla
spirituali reverencia habebant Et tempore heresis tota Nubia fuit infectus Sed tunc omnes
sunt deleti etc. Ceterum omnes predicti heretici christiani et scismatici quamvis
sectas habeant diversas magis tamen minus quam quelibet secta contra aliam odiose
excommunicata et condempnata nec una secta alteri vel alia participare et
in tali secta presbiteri obediunt episcopis de quibus diocesi ipsi vel parentes eorum nati
sunt nati Ideo remotissime ab invicem sunt separati Et in omnibus terris
regentes ubi est aliqua civitas nisi omnes secte predicte quelibet in ea habitant
et secta eorum habet ecclesiam specialem Et presbiteros speciales Et sunt pro maiori parte viri
discretissimi et optimi medici et mercatores et in temporalibus nimis
astuti licet tamen misere in fide et ritu sint tam odiose divisi Sed tamen
contra Sarracenos et in venacione cum regum ipsi sunt unanimes et concordes Et

De vigilia Epiphanie

Ceterum omnes predicti christiani heretici et scismatici tam sclavi quam regis
omnes in vigilia nativitatis domini ieiunant Et tunc quilibet ponit men-
sam cum cibariis et potu que ducere possunt usque ad diem epiphanie
et mensam cum mensalibus coopertam cum cibariis supra positis secundum quod quilibet
facultatem est stare permittit Et in vigilia nativitatis domini candelam
vel lampadem accendunt et ardere permittunt quia usque ad diem epiphanie
domini mota mensam stare Nam oleum et candelam optimo foro ibidem reperitur
Et a vigilia nativitatis usque ad diem epiphanie cum uxoribus et pueris de
ipsa mensa comedunt et bibunt cum maximis gaudiis illis diebus Et in vi-
gilia epiphanie post solis occasum quilibet vadit ad domum amici introitus
domus vel cognati sui cum ardenti candela Et semper intrante domum
dicit bona dies sit nobis Et si aliquis diceret bonum vesper vel bona nox
pro eo prejudicio pro maxima iniuria contra eum commovet et accusat Et
per totam noctem epiphanie cum maxima leticia de domo ad domum eundo
comedendo bibendo salutando cum candelis sollempniter deducunt Et hoc
faciunt in mediam quod stella ardens permansit que in nativitate domini
apparuit usque ad epiphaniam Et illud tempus tres reges et eorum exercitus
in Bethleem perduxit et preessit quibus nec erat aliqua nox sed cum ma-
xima claritate sicut una dies videbatur Item

Precursus Jordanis

Octava in die epiphanie domini omnes christiani heretici et scismatici in-
tole et peregrini de longinquis partibus cum arte episcopis abbatibus presbiteris re-
ligiosis cum crucibus turibulis et candelis conveniunt ad jordanem que
distat a iericho quasi per tria miliaria Et quilibet per se statuit suum in loco
speciali Et tunc magno silencio facto in populo primum cruces veniunt in terram
Et quilibet per se cum quorum lingua ydiomatum sunt legunt ubi illud ewangelium
in latinis Cum natus esset ihesus in bethleem etc. Et perlecto ewangelio tunc
quilibet per crucem suam cum reverencia inclinat et adorat cum devocione et offe-
runt oblaciones venientes secundum quod quilibet facultatem est in signum cum regibus qui
deo munera obtulerunt Et tunc omnes ordinate procedunt ad ripam jordanis
ad locum in quo baptisatus fuit ihesus Et tunc quilibet per se legit illud ewangelium
in latinis secundum hunc modum In illo tempore venit ihesus sicut a galilea ad johannem
ut sic baptisaret ab eo in hic jordane in loco isto etc. Et perlecto ewangelio tunc
aquam benedicunt et in ea crucem baptisant Et tunc omnes clerici et laici et
infirmi quorum maxima multitudo conveniunt inde in jordanem se ingerunt
balneant lavant quorum quamplurimi ex fide sanantur Et tunc omnes sicut flasculas
et vasa in quo recipiunt aquam benedictam de jordane quam ad longinquas
partes portant que per totum annum permanet incorrupta et ex ea infirmi
bibunt vel se lavant quorum eciam quamplurimi in honore dei sanantur Et facto
in tota jordanis officio tunc omnes christiani et scismatici ad propria pacifice
redeunt Et eciam ibi est tunc magna custodia armatorum propter soldani
ne fiant ibidem aliquae rixe vel discordie Et inter iericho et jordanem est
quoddam parvum desertum quod ibidem indocosi vocatur et in isto deserto beatus johannes bapti-
sta habitavit et primum predicavit Et ibidem veniebat ihesus ad johannem
ut ab ipso baptisaretur Et in illo deserto ihesus jejunavit xl diebus et xl
noctibus et ibidem eum dyabolus temptavit Oritur autem jordanus ad radicem
montis libani ex duobus rivis fontibus unus jor et alter dan vocatur que
in duobus locis in mare galilee incadunt Et ex tunc per illud mare cu-
rrunt in unum Tunc jordanus vocatur jordanus ad viginti quinque miliaria
et a loco in quo ihesus fuit baptisatus cadit in mare maledictum et ve-
ra rursus apparet Et est hoc mirabile illud quia mare tam benedicta aqua
magnam tam maledictam Et dicitur quod in introitu suo aliqua absor-
beat nam aliquando jordanis intus cessat quod est impossibile sed mare intrare
per fines suos non excedit et in iudaea Et alii doctores dicunt quod aqua
jordanis benedicta ideo intrat in aquam maledictam quod maledictio unius
per benedictionem alterius appareret et utrumque est credendum Nam mare maledictum
seu mortuum quo sodoma gomorra seboim et adama et alie civitates
et ville et castra steterunt que deus subvertebat est longo xx miliaria
istius partis longa et lata et nulla creatura vivens est in maledictum

desertum ubi jo. baptizat ubi ihesus jejunat

de ortu jordanis

mare mortuum

mare maledictum

in sua regione. Et dum venti per illud tempestatem excitant, tunc species
ibidem per maximum spacium civitates circumcirca claudunt, eorum nec ... nec
nec aliquis porta aperiri permittitur, aliquin omnes pessimo fetore inficiunt.
Et in illa tempestate pulcherrimos lapides et alias varias res pulchras
eicit, quas cum aliquis in manum recipit, infra biduum non potest fetorem lavare
et abluere. Et circa illud mare usque Jericho est multum pulcherrima via et terra
et pulcherrime arbores pomifere hyeme et estate ad videndum; sed poma et fructus
earum et cum confricatione franguntur, sunt nisi favilla, et sic tunc non ... pe-
ssimo fetore. Sed ut ad propositum redeatur.

Ceterum alii christiani scismatici supradicti qui in aliis ~~partibus~~ partibus
degunt, et non possunt ad Jordanem pervenire, hii omnes in die epiphanie
ad currentes aquas conveniunt cum maxima sollempnitate et devocione cum
cruce, episcopis, cum abbatibus et religiosis, cum candelis, thuribulis et candelis ad
proximam aquam fluentem ad quam venire possunt. Et quelibet secta vadit ad
suum locum specialem, et sic magno silencio in ipso tunc ... et offerunt
et devote tamen munera in signum trium regum. Tunc legitur illud evangelium Cum
natus esset Jhesus etc. et quacumque lingwa vel nacione existunt; et tunc legi-
tur illud evangelium in latino et lectio evangelii. Tunc episcopi vel presbiteri benedicunt
aquam in signum Jordanis, et in ea ... baptizant. Tunc eciam multi
infirmi, ceci et claudi in hac aqua se lavant, et quamplures per fidem eorum
sanantur. Et propter hoc ibidem ipso die epiphanie nulla congregacio ... a sol-
dano et aliis regibus ad habent magne custodie armature, ne inter ipsos
fiant rixe vel discordie. Et omnibus peractis tunc omnis populus recedit et
invicem iactant se pomis que araza vocantur, que tunc ibidem sunt matura etc.

Item omnes episcopi, abbates, presbiteri, maiore, minore vel ... cuiuscumque
condicionis, vite vel nacionis existunt in omnibus partibus orientalibus omni die
per missam legunt illud evangelium Cum natus esset Jhesus, sicut in partibus istis
legitur illud In principio erat verbum etc. Quod legitur in eorum lingwa, non in latino
nisi in die epiphanie; quod tunc legitur consimiliter ... quod ibidem illud evangelium
peractum est; ... ... in suis diocesis legitur sic: Cum natus esset Jhesus in
Bethleem in diebus Herodis regis, ecce magi venerunt etc. dicentes etc. Item
Nubiani, Soldani, Indi legunt sic: Cum natus esset Jhesus in Bethleem Jude in
diebus Herodis regis, ecce tres reges venerunt de oriente de regnis suis in partibus suis
Jerosolimam dicentes etc. Item alii christiani et heretici ... ... tres reges in ...
... et in reditu transierunt legunt sic: Cum natus esset Jhesus in Bethleem
in diebus Herodis regis, ecce reges gloriosi tam magna ambicione de oriente
venerunt et prius transierant etc. Item Sarraceni qui sunt de lege Machometi
et Thatari et Thurci ipsos tres reges ... ... in aliquali speciali reve-
rencia. Nam in omnibus partibus eorum in ecclesiis maiore ... distinctis
omnium ymaginum sculptorum vel picture cum cutellis oculos eximunt, et ipsos
descendunt et delucidant in quantum possunt. Sed ymagines ipsorum trium regum ... ...

et illesos stare permittunt. Et iudei predicti sciunt quod hos tres reges in tenebris et me-
moria habent licet abscondite et subfurtive et velamine propter omnes scripturas et prophecias
intelligunt. Nam ex quo stella stannea duce iudeorum regem natum quesierunt
et invenerunt ab illo tempore tamquam signi in memoriam fecerunt stellam aurea-
tam vel ere fusa in modum lampadis pluribus luminibus circumdatam et radiatam
et totam domum eorum illuminatem in precipuis festivitatibus eorum de vespere
et de nocte in domibus super mensas eorum in partem diem pendere consueverunt.
Nam in eorum libro scripto qui talmuth vocatur continetur quod iudeorum rex qui
messias vocatur adhuc non sit natus sed dum ille advenerit tunc solus mille
annis in universo regnabit. Et populos et gentes exaltabit. Et ipsas omnes
terras in quibus nunc humiles sunt dispersi ad voluntatem subiciet et subiu-
gabit. Unde in libro iudeorum in oriente invenitur continere contra
in eodem libro talmuth expositiones continet quod ipse angelus qui filios israel
in egressione de egypto in columpna ignea precessit in angelum domine regibus ap-
paruit. Unde ab illo tempore seniores iudeorum scripturas scientes ut dictum est de libro talmuth
stellam in domibus eorum instituunt. Et in omnibus partibus illis ab illo tempore usque
adhuc in sinagogis eorum stellam pingere fecerunt. Sicut eciam in partibus ultramarinis
adhuc in pluribus sinagogis reperitur. Et in libro illo scripto qui talmuth in
hebraico vocatur sunt omnia evangelia et prophecie scripta et omnia scripture veteris
et novi testamenti specialis articuli. Et super hiis nunc continent perverse opiniones
et expositiones. Et quamplurime fabule que bibliis vel in nullis scripturis reperiuntur.
Cum quibus omnes prophecias vel evangelia et scripturas exponunt ad eorum vo-
luntatem exponunt. Item ipsi hec sunt absque aliquo fide et lege in ecclesiis
eorum colere orant. Secundum quod consuetudinibus sunt instructi. Et dicunt quod propter quandam certam
eorum regionem et de oriente in occidentem fuerit translata quod extunc stella maris
in regionibus nestorinis non visa. Unde nestorini pessimi heretici propter vicini
premoda opposita allegant dicentes quod stella maris in eorum regionibus non
videatur hoc non venit quod propter eorum regionem translacione sed secundum plaga et re-
gionum situacione. Item nestorini propter vicini pessimi heretici et non sunt
in mundo peiores et quasi iudei tenduntur et a fide katholica et adeo
fideo iohanne eorum domino et thoma in india patriarcha seruerunt alienabant
et plurima ipsa ab antiquis doctoribus integra potuerunt tenuerunt ab eorum
regimine et legi. Unde anno domini millesimo et ducentesimo vicesimo octavo interim deus quod nestori-
nos incautant rudes et villes qui tunc temporis pastores erant qui se tarta-
ros vocabant. Isti sibi fabre in capitaneum elegerant et potenter exurrexerunt
et debellaverunt et omnia tempore nestorinorum destruxerunt senes et iuvenes
prout deo placuit sine aliqua vita misericordia et omnes civitates et ca-
stra et regna eorum receperunt ubi nunc tartari regnant imperatoris dominum. Et
receperunt tabalech et magis duas expugnaverunt baldach magna fuit
calapham sarracenorum papam successorem sancti petri et ipsum calapham occiderunt.

Et per modum sarracenorum calipham non habuerunt nec habuerunt diem. Et circa thaurisam
oppugnaverunt. Et hee tres civitates videlicet Cambalech et Baldach et Thaurisa sunt
meliores et ditiores quam totum dominium Soldani. Nam de divitiis Cambalech non
Babel plene possem enarrare. Et Cambalech est civitas que quondam Babilonia ma-
gna vocabatur in qua fuit turris Babel. Sed iam est a loco quo Babilonia
stetit prope propter serpentes et paludes et bestias periculosas ad dimidium miliare
distans. Et illa civitas Thaurisa ab antiquo Susis vocabatur. Et in ipsa
civitate in templo Tartarorum est arbor arida digna multa veneratione
in universo mundo que veteranorum armigeri et stipendiarii custodiunt
Scata in diversis muris et se multiplicat est statua et inclusa. Nam ab antiquo
fuit et est consuetudinis in omnibus partibus orientis quod si quis dux vel rex
vel plus tam potens efficitur statuam vel clipeum in ipsam arborem audet ponere
pendat illi regi vel duci vel ipsis centum per provincias ab India usque
Ethiopiam absque omni contradictione quasi non regi tamen in omnibus obediunt. Et
si aliquis ipsam civitatem bis cupit et oppugnare et in illam arborem
clipeum suum pendere non possit tunc tamen non obediunt. Et ipsam civitatem
ibidem omnes maxime defendunt quousque ipsa vellent debellet. Nam
ad obediendum totum etiam aliqua civitas non querat nisi Thaurisa con-
vellat. Et ille imperator tartarorum in partibus illis vocatur Cartharzone et
non est maior nec potentior vel ditior in universo mundo. Nam deus huius
temporis sibi omnia regna et gentes quibus narrat Daniel tradidit in quibus
regnaverunt Nabuchodonosor Darius Baltasar Arphaxat et Assuerus ab an-
tiquo in oriente. Et fides christiana que in omnibus partibus illis per infideles quie-
tas [illegible] fuit obsoleta nunc per fratres minores et augustinenses et
predicatores et carmelitas de novo incipit reflorere. Nam mercatores de Lom-
bardia et alii [illegible] partibus qui ad illas partes frequenter perveniunt fratres or-
dines traxerunt secum ad illas partes et eis cum auxilio aliorum mercatorum
ibidem claustra fundant. Et largiter necessaria ministraverunt secundum quod quilibet
ordo exigit. Et fratres ibidem in monasteriis docent pueros in quibus omnes
confusiones iudeorum et errores hereticorum continent. Et per talem modum fratres
mendicantes imperatores illos habuerunt quamplurimos egregios predicatores et doctores
Imperatori et pluribus regibus et principibus valde dilectos. Et ille imperator
qui regnavit Anno domini M° CCC° [illegible] fuit [illegible] statuam multum [illegible]
et multum humiles et devotos adorare deum in veritate. Unde fratres men-
dicantes quamplurimos de diversis nationibus ad fidem catholicam attraxerunt. Qui
Ind[ia] biblia in diversis linguis et [illegible] transferri fecit. Et omnia que [illegible] reges
reges fuit [illegible] in quibus regnis ipse regnabat semper [illegible] et
[illegible] fecit. Et deo gratias egit quod ipsum ad hoc predestinavit. Et ipse super
omnia regna aliorum regum regnavit. Et semper cum [illegible] et
[illegible] in lingua sua legere fecit. Et quatuor filios habuit primo-
genitum Melchior vocavit Balthisar tertium Jaspar et quartum David. Et constituit

imperpetuum filios imperatorum ita nominari et iste fuit tercius imperator tartarorum
prout inferius audietur. Sed nunc ad propositum redeatur etc.
Cum itaque principes tartarorum omnia regna cepissent et destruxissent
in quibus infideles habitabant et precipue istorum Nestorinorum prout desuper sunt
dictum et ipsos funditus delevissent. Tunc isti Nestorini a presbitero Johanne
auxilium implorabant. Et se ad fidem et ad doctrinam et ad suum dominium sub-
tributo se redacturos proposuerunt. Et cum presbiter Johannes facere potuisset. Tunc tres Nō
reges beati ipsum in sompniis monuerunt et prohibuerunt ut Nestorinis au-
xilium et consilium non faceret nam adeo hec esset diffinitum quod deberent deleri et
exterminari. quia deus nequiciam eorum nollet amplius sustinere. Sed tamen Nestorini
induxerunt muneribus presbiterum Johannem et dixerunt quod non deberet sompnia curare
et ipsum in auxilium eorum induxerunt et incitaverunt. qui primogenitum fi-
lium suum David cum valido exercitu in auxilium eorum misit. Quem tartari
cum Nestorinis et exercitu suo interfecerunt. et quamplurimas terras presbitero Johanni
abstulerunt. Tunc presbiter Johannes penitencia ductus auxilium dei et trium regum
beatorum imploravit. Tunc tres reges cum validissimo exercitu imperatori
tartarorum in sompniis apparuerunt horribiliter et preceperunt ut a persecucione
presbiteri Johannis et terrarum suarum statim desisteret. Et pacem et firmam ami-
ciciam secum iniret et terras precipue Indiarum quas presbitero Johanni ablatas
deberet obtinere post suam obedienciam quod sub potestate et alios traderent
in exemplum. Tunc ipse imperator tartarorum hac visione perterritus ac si esset
pergens absque lege. tunc statim misit legatos suos ad presbiterum Johannem et per-
petuam pacem et firmam amiciciam secum iniuit et fecit. Ita quod primogenita
unius filia alterius recipere debet in conthoralem. Et sic pax et amicicia
et concordia est inter eos usque ad hodiernum diem. Et cum imperator de tribus re-
gibus qui sibi in sompniis tam horribiliter apparuerunt fuisset instructus. Et de
eorum regnis et vita fuisset informatus. tunc statuit quod semper filii sui et alii
filii successores filiorum suorum horum trium regum nominibus deberent imperpetuum
nominari. Et sic isti Nestorini fuerunt deleti de terris eorum et expulsi. Et nunc hinc
inde in partibus illis et in aliis terris sicut in partibus istis Judei undique sunt
dispersi. Et vagabundi sunt per alios homines semper habentur contempti. Sed adhuc habent
sub se fortissimam insulam que Egrisculla vocatur. [illegible] eciam
regio insule vocabatur. et in ipsa insula est corpus beati Thome apostoli absque
aliquo honore. Et hanc insulam Nestorini inquirunt prout vere nullus homo
introire permittitur. nisi sit de exercitu eorum vel officiatus tartarorum imperatoris.
Et omnia alimonia de hac insula ad aliam portant. Et in omnibus partibus
oriente. non est aliquis clericus vel peregrinus vel mercator qui dicat se
in illa insula fuisse. et corpus beati Thome vidisse. nam quedam vaticinium est
in omnibus partibus orientis. quod adhuc corpus beati Thome sicut regibus sequi
debeat et Coloniam transferri. Per quem modum hoc fieri debeat non publice vaticinatur
et dicunt quod adhuc tempus veniet quod unus archiepiscopus Coloniensis qui ad hoc

De translatione beati Thome
in Coloniam futura.

deus elegerit quod tam prudens et potens erit Qui ordinabit unionem inter
illum imperatorem Indorum et inter imperatorem Tartarorum. Et cum ipso gratiam pacis
et amicitiam reddet cum omnibus terris suis et omnia ibidem reducet in bonum et pri-
stinum statum. Et in fine corpus beati Thome ad corpora trium regum Coloniam deducat
transferri. Et tantam custodiam Nestorini non adhibent corpori beati Thome re-
verentiam sicut propter famam et invidiam. Ceterum festum beati Thome apostoli pre
aliis apostolorum festis celebrius agitur in omnibus partibus orientis Et de quibusdam pluribus
miraculis que in partibus istis de eo loquuntur et dicuntur de illis in partibus illis multe
recipiuntur. Nam legitur in partibus istis quod in civitate ubi corpus beati Thome iacet
quod nullus ultra annum nec etiam unus iudeus vel hereticus de hiis vel [illegible]
[illegible] quia corpus eius in[illegible] hereticos quiescit absque aliqua reverentia
Item legitur hic quod corpus beati Thome in cathedra aurea residens et dignis
eucharistiam tradat Et indignis retrahat et de similibus hiis et de aliis
que de beato Thoma leguntur et ~~dicitur~~ dicitur permittit ipse vel [illegible] Sed quedam
fide corpus eius ut bonos [illegible] [illegible] Hec omnia et quamplura alia
miracula de eo videbant. Item in omnibus partibus orientis quamplura leguntur de
tribus regibus et dicuntur mirabilia que in Colonia non videntur. Dicatur
et legitur ibidem quod ipsa stella que a tempore trium regum descendit supra civitatem
Seuwa in monte Vaus quousque tempore corpora Colonie transferebantur super civitatem
et montem locum non mutavit Sed postquam trium corpora Colonie fuerunt translata
quod tunc deinceps eadem stella pulchrior supra Coloniam stetit et in-
immobilis permanet Et videatur in partibus Indie sicut dicunt Indi et in
eorum libris legitur Quod in Colonia a longissimo tempore trium regum loculum
sit stella magna aurea in modum prout ipsis regibus in nocte nativitatis
domini apparuit Et eius splendore candelarum ad posituram tota ecclesia reful-
geat. Item dicunt Indi quod in Colonia tempore trium regum dextra brachia
sint inclusa venerabiliter aliis brachiis dextris inclusa. Et in unius regis
manu sit aurum Et in secundi regis sit thus Et in tertii regis manu sit
mirra et ipsa preciosa et [illegible] [illegible] monstrant Et per totam
ecclesiam mira odoris fragrantia corporis ossibus sentiatur Item dicunt Indi et
legitur in eorum libris quod quecumque aliqua tribulatio contingentibus hiis vel civitati seu
ecclesie instat Tunc ipsa brachia predicta extenduntur [illegible] conantur [illegible]-
[illegible] cum stella aurea ad sacramentum divinum per Civitatem Colonie por-
tat Et tunc provenit ad aliquam ecclesiam quam ad hoc elegerit Tunc ipsi [illegible]
[illegible] conantur Sunt trium regum brachia ~~[illegible]~~ alternatim unus post alium
ad divinum sacramentum in altari positum in modum tempore trium regum que ipsi
sunt amicta Et quod tunc tanti [illegible] gentibus et gestis et de noctis [illegible]
quod deus omnem tribulationem et angustiam imminentem absque [illegible] avertit Item
[illegible] Indi qui ad illam et ad alias partes frequenter conveniunt [illegible] et per-
tingunt [illegible] annulos aureos que a peregrinis [illegible] que reliquias sanctorum
trium regum tetigerunt in Colonia quos cum devotione vident et frequenter osculantur

et presidem et devotum quamplurimi Indi propter ipsos seruant. Item sunt quamplures
peregrini qui de partibus ultramarinis ad illas partes frequenter perveniunt. Et aliqua ma-
xima ibidem cara recipiunt. Et propria clenodia et cara se portant que de
Colonia asserunt se detulisse. Et quidam portant secum clarum quod de tumu-
lo videlicet trium regum dicunt esse assumptum. Et talia clenodia et
tenent secum qui tunc ibidem in hospiciis peregrinorum. Et dicunt Indi quod ultimus
terre in horribilissimis paludibus et aliquis ultra omnia incommoda
mandate magnalia ramore patiuntur vexaciones. Sed cum de terra terre impa-
ludem vel in aqua portant omnes statim rane mortue fiant et quam-
plura alia mirabilia de reliquiis trium regum et videntur multa in
quam in partibus oriente leguntur. Et dicunt plurimum in partibus istis de quibus
longum et singula esset enarrare. Et quamplurimi Indi qui frequenter terram
et ad alias partes propter diversas causas perveniunt multum ardore et ardenter
usque Colonie desiderant si frigus et statum patrie possent tollerare.
quare plurimi in itinere moriuntur et plurimi revertuntur. Nam Indi pro
qui de terris egrediuntur nullum omnino frigus pati possunt. Sed induunt se pe-
llicea longa que sunt facta ex pellibus nobilissimorum animalium na-
turalibus. Et multum frigescunt. Et licet sit in augusto in ferventissimo
solis ardore tamen eis videtur quod tunc frigus in alienis partibus non
possent tollerare. Omnia fiunt perfectiones ipsius certo solis tanto plus
sunt debiliores et minores. Et sunt optimi sagittarii et in omnibus multum
astutii. Et cum isti Indi ultra Romam vel Coloniam perveniunt, circa
que de regibus et principibus. Et libris et porum istorum cismarinis. Et specialiter
de tribus regibus et Colonia. Et clero eius et ipsos possunt inquirere et investi-
gare inquirunt sub aliquo opere vel principis sigillo et licet sepius petunt
et recipiunt. Ut presbiter Johannes et patriarcha Thome etc. possunt narrare
et declarare. Nam in omnibus partibus oriente et in India omnes populi venerantur
et lingwe hos tres reges gloriosos plurimum in partibus istis habent in reverencia
et honore. Et merito ab omnibus populis et tribubus et linguis hii tres re-
ges primicie gencium exgencium primicie gencium regnum specialissime
sunt honorandi et glorificandi. Nam hii sunt operarii qui in cosmo omni
testamento et vocacione in novissimis mundi partibus pro celestem premium
familiam et vineam suam sunt missi. Primi mane hora prima tercia
sexta nona undecima in ipsa vinea fidelissime laboraverunt et alii
minime mercedem equalem perpetue receperunt. Mane vero in illis
et Bethleem hii tres reges sunt indicos corpora vinea durissimos et
in corruptibiles iudaice perfidie lapides longe foras eiecerunt. Et c.

Hora prima hii tres reges gloriosi in Arme vineas incipientes ipsam
vineam domini tribulis cardonibus et spinis diversorum errore et ydo-
latrie occupatam una cum beato Thoma apostolo mundaverunt et novos fidei
catholice palmites et vites in ea iniustos plantaverunt. Et c.

Hora tercia isti tres reges gloriosi defuncti per venerabilem Helenam de-
nuo aggregati huius vinee cum diversis maceriis et custodiis impedi-
mentis heresis et ydolatrie divastatis. Eciam denuo reposuerunt et palmites
fidei que ipsa vinea iam interfecerat et pure ceperunt. Virtutibus signis
et miraculis irrigaverunt et refecerunt quam denuo fidei katholice vinee et

Hora sexta isti tres reges gloriosi in medio mundi in finem post mortem
Helene in Constantinopolim sunt translati. Eciam vineam domini saba-
oth virtutibus et signis purificaverunt ut plus fidei fructus faceret, ut eius propa-
gines ad omnes fere fines terre per fidem et noticiam eorum se extenderent,
ut omnes populi bonis et linguis de eorum fructibus et vinee bonis et botris
saciati et inebriati nomen domini qui per solitudinem in iudea laudaverunt a
ortu solis usque ad occasum collaudarent. Rol

Hora nona isti tres reges separati gloriosi per magnas distancias videlicet de
oriente in occidentem de Constantinopoli in mediolanum translati
ipsa vinea diversis hostium respectibus que ipsam vineam perorati
videbantur per declinationem et significationem et expositionem munere eorum que
domino obtulerant, ut est supradictum radiatum contraxerunt. Rol

Undecima vero hora circa solis occasum tunc in annis isti tres reges
gloriosi de mediolano in Coloniam sunt translati cum iuste celi
a celesti presciencia recepta potencia quiescendi locum ibidem elegerunt.
Necnon per modum predictam vineam domini sabaoth virtutibus et signis in
presentem diem excolere deserviunt. Insuper enim in utroque novi testamenti reperitur
aliquos sanctos ab ortu solis usque ad eius occasum tam venerabiles et mirabiles
sicut isti tres reges. Nam de loco ad locum insignita sunt translatos. Et
novissime ad ecclesiam Coloniensem absque dubio ab omnipotenti deo ad hoc
specialiter predestinate. Nam sunt ab ortu solis usque ad eius occasum
sunt quamplures civitates et loca magna et nominata que deus sua
dignitate et qualitate ipse et per alios sanctos suos in vita et in morte et
post mortem honoravit et glorificat et diversis virtutibus et signis et reliquiis
illustrat. Sed tamen inter has omnes civitates et ecclesias non est aliqua ecclesia ta
nobili canonicorum collegio in diviciis et honoribus quam qui deo in ipsis
personis sunt asscripti sicut ecclesia Coloniensis est decorata nec aliqua ci-
vitas est cum honestissimis clero et aliis dei ministris sicut civitas Colo-
niensis est ornata. Ex eadem providencia sciamus sancte fetum quod omnipotens
deus in ipsa ecclesia tam nobiles suos ministros instituet. Et in hac ci-
vitate tam honestissimum populum predestinavit ubi tam nobilissimos tres
reges suos primicie gencium et virginum potencie mandavit collocaret.

Hec tale nobile collegium quod te deus tam singulari privilegio concedente
fructus collegiis parant et ditant. Et ubi preciosissimum thesaurum
suum tres reges primicie gencium et eorum fundamentum pro aliis locis ecclesie
egregiis predestinavit et de diligencia commendavit. Unde de aliis sanctis

gratias age et in eius et spirituale suave laudibus et preconiis tibi sparsit in multe
dictantis eruditione contente nunquam cesses nec fatigere vel opus fine reticere ne
ut vestorum ratione aliquis desistere vel corrumpere et cum vestorum tam ipsa
assimile perpetratis magnitudine fruere et in medio inditio tuo sinistre reptere
et tu in beatitudine deo et suis principibus et hominibus dilecte tu quibus in universo mundo
palmis extollere et ab omnibus populis singulariter venerare et in die iudicii cum
nobilissimis tribus regibus ad dextram cum illis consedere nam illa sancta civitas
que ab antiquo agrippina vocabatur nunc secuta est nomen quod attollendo demum
colonia nuncupatur nam in omnibus oriente ecclesiis et oratoriis de istorum trium
regum laudibus perpetue rigmatica sunt scripta prout sequitur et repetitur
Ab helena terre inventa per christum regnum est in turba congregandi
A regibus inde regni ornat urbem constantinopolim tribus laudis inde
sic translati commendat civitati cui nomen ambrosius tres inventos et translatos
sic coloniam dedit sibi datos colit hos colonia urbs sedet occidens per tres re-
ges et inventi extollit coloniam nunquam locum mutatam nec ut olim re-
gres et inventi extollit coloniam nunquam locum mutatam nec ut olim re-
gnum sunt per viam aliam colunt reges per regem summi regis suavi legem
colonia colonie gaude felix colonia que corporali gratia et congaudens
dula tam nobilissimis tribus regibus principibus gentium et regum tam nobili
collegio ornare de quibus plurimum omnibus operibus tuis gloriare et ubique
terre ab omnibus hominibus specialiter amare et ipse hos ultra omnes civitates
mundi intuosi mente querere et venerare et precipue palmis civitatibus mundi
archiepiscopis et principibus terrarum et baronibus ad fines terre nominare unde
quo plus dei et suave principiale multis et coram nobilibus insigniis palmis
civitatibus insignibus et egregiis venerare et amare et extollere tanto
obligantius et in dei gratiam attolle et suave et tuere principiale et coram deo
nobilem in venenia incarnata tenere quod in die iudicii sis secure in reddere.
Sub pontio pylato preside jerosolimorum anno nono decimo (?) anno
imperii tyberii cesaris imperatoris romanorum et herodis imperatoris galilee
anno nono decimo principatus eius octavo kalendas aprilis in anno quarto
ducentesimo secundo olimpiade sub principatu sacerdotum josephi et cayphe ve-
nit ad pylatum annas et cayphas simul et datan gamaliel et judas
levi et neptalim allexander et jairus et reliqui judeorum multa accusantes
jhesum multis accusationibus malis et dicentes istum novimus filium joseph fabri
de maria natum et dicit se filium dei et regem et non solum solvit legem
sed etiam sabbatum violat et patriam nostram et legem dissolvere vult dicit pylatus
ad judeos que sunt que agit et que vult dissolvere dicunt judei legem
habemus nullum curare in sabbato iste autem claudos et surdos et cecos et pa-
raliticos leprosos et demoniacos curavit in sabbato et quod mirabile
est lazarum per quatriduanum mortuum resuscitavit ex malis actibus dicit eis pylatus
quibus malis actionibus dicunt judei maleficus est et per principem demoniorum
eicit demonia dicit pylatus istud non est in spiritu inmundo eicere demonia dicunt
judei rogamus magnitudinem tuam ut iubeas eum adstare tribunali tuo audire
tunc dixit pylatus judeis quomodo possum ego cum sim preses regem interrogare dicunt
ei nos non dicimus ipsum regem esse sed ipse regem se dicit tunc vocans pylatus
cursorem et dixit ei cum moderantia adduc ihesum in pretorium

Exiens vero cursor et agnoscens eum adoravit Et fascialem quod ferebat
in manu sua expandit in terram dicens domine super hoc ambulans ingredere
quia preses te vocat ut digneris ingredi ad eum in pretorium. Videntes
autem iudei que fecisset cursor clamaverunt cum furore ad pilatum dicentes quare
sub voce preconis non fecisti eum venire ad te sed per cursorem ipse cursor
cum vidisset eum expandit fascialem quod tenebat in manu sua et ado-
ravit eum et dixit ei domine vocat te preses. Et dixit pylatus cursori quare
hoc fecisti dicit ei cursor quando me misisti Jerosolimam ad allexandrum
vidi ihesum sedentem super pullum asine et pueri hebreorum
ramos tenentes in manibus alii prosternebant vestimenta sua in via clamabant
dicentes salve igitur osanna benedictus qui venit in nomine domini
rex israel. Clamaverunt iudei ad cursorem cum furore dicentes pueri
hebreorum hebraice clamabant unde tu tu scis grecus intellexisti lin-
guam hebraicam. Dixit eis cursor interrogavi quendam iudeum et
dixi quid est quod clamant pueri hebraice et ille michi exposuit. Dixit
pylatus iudeis quid clamabant hebraice et dixerunt ei osanna. Dixit
eis pylatus quid interpretatur. dicunt ei salve igitur. Dicit eis pylatus ergo
quomodo vos attestamini voces quas pueri clamabant quid hic peccavit
cursor. Illi autem tacuerunt et dixit pylatus cursori Exi iterum et quo
ordine vis introduc ihesum. Exivit autem cursor fecit sicut et
prius et multum deprecabatur ihesum dicens domine ingredere vocat te iterum preses.
Signiferi autem qui ferebant signa curvata sunt capita signorum et se
dum ihesus fuit ingressus adoraverunt eum. Videntes autem iudei statum
signorum quomodo curvati sunt et quod ihesum adoraverunt magis clamabant
adversus signiferos. tunc dixit eis pylatus vos non videtis quomodo curvata sunt signorum
capita et adoraverunt ihesum. Dicunt iudei vidimus quomodo se inclinaverunt
adorantes eum. dixit pylatus signiferis quare sic fecistis. dicunt ei nos viri
pagani sumus et templorum servi quomodo habemus adorare eum. Et cum te-
nentibus signa curvaverunt se et adoraverunt eum. Et dixit pylatus ad iu-
deos Eligite et vobis viros fortes et teneant signa et videbimus
si ipsa se curvabunt. Elegerunt seniores iudeorum xii viros
fortissimos et fecerunt tenere eos signa qui steterunt ante conspectum
presidis. Et dixit pylatus cursori Educ ihesum extra foras et
qualitercumque introduc ipsum iterum. ihesus exivit igitur foras et cursor et
dixit pylatus ad eos qui tenebant signa iurans eis per salutem cesaris
quia si flectuntur signa ingrediente iterum ihesum precidam capita vestra
At illi exposuerunt veritatem ... et iussit ihesum ingredi secundo et fecit cur-
sor sicut prius deprecans ihesum ut super fascialem suum ambularet ingre-
diente autem ihesu in pretorium curvaverunt se signa sicut et prius et
adoraverunt eum. pylatus vero hec videns timuit valde et apprehendens ihesum
et voluit de sede consurgere sua et ihesum locare dixit tunc uxor sua

nomine procula misit ~~ihesu cum dicere~~ ad eum dicens nichil tibi et iusto illi
multa enim passa sum propter eum visione in nocte ista. pylatus vero dixit ad iudeos Scitis
quia uxor mea deum colit et magis iudaizat. Dicunt ei utique novimus. Dicit pylatus
Ecce misit ad me uxor mea dicens nichil tibi et isti. Respondentes iudei dixerunt
Nunquid non diximus tibi quia maleficus est. Ecce somnium misit ipse ad uxorem
tuam per incantationes. Et dixit pylatus ad ihesum Nonne audis quanta ipsi dicunt
et nichil respondis. Dicit ei ihesus Si non haberent potestatem non loquerentur. unusquisque
enim habet potestatem ori suo loquendi bona et mala ipsi viderint. Dixerunt
seniores ihesu dicentes Quod vidimus quia ex fornicatione natus es et scimus quod propter
te ioseph et mater tua maria fugerunt in egiptum propter quod fiduciam non
habuerunt in populo suo et in nativitate tua in bethleem per herodem infantes
interfecti. Dixit [illegible] benigni iudei non eum dicimus eum ex for-
nicatione natum sed scimus quia desponsata est maria ioseph. Dixit pylatus
ad eos qui eum ex fornicatione dixerunt esse natum Consulo vobis quod hic sermo
maneat verus quia desponsatio facta est sicut ipsi dicunt eiusque vestri. Dicunt
pylato annas et caiphas totum isti duodecim credunt et dicunt quod non
est natus ex fornicatione nos autem cum omni plebe clamamus quia natus est ex for-
nicatione et maleficus est et dicit se esse filium dei quod nequaquam credimus
iubens ergo pylatus omnes populum exire absque xii viris qui dixerunt eum
non ex fornicatione esse natum et ihesum fecit segregare semotum et dicit ad
illos Quare eum volunt occidere. Dicunt ei zelum habent quia in sabbato non curare
et ipse in sabbato. Dicit pylatus de bono opere volunt eum occidere. Dicunt ei utique.
pylatus vero furore repletus exivit foras a pretorio et dicit eis Testem habeo solem
quia nullam causam invenio in homine isto. Dixerunt iudei Si non esset hic
malefactor non tradidissemus eum. Dicit eis pylatus Accipite eum vos
et secundum legem vestram iudicate eum. Dicunt ei nobis non licet interficere quemquam
Dicit eis pylatus vobis ita non licet sicut et michi. Ingressus est pretorium
pylatus et vocavit ihesum solum et dixit ei Tu es rex iudeorum. Dicit
ei ihesus A te hoc dicis an alii dixerunt tibi de me. Dicit pylatus Nunquid
et ego iudeus sum gens tua et pontifices tui tradiderunt te michi. Dicit ihesus
regnum meum non est de hoc mundo etc. Relinquens pylatus ihesum in pretorio
et exivit ad iudeos et dicit eis Ego non invenio causam in eo. Dicunt
iudei hic dixit possum ego destruere templum hoc et in triduo redificare
illud. Dicit pylatus quale templum. Dicunt ei Quod salomon edificavit xl et
vi annis hic. Dicit pylatus Innocens ego sum a sanguine huius vos vi-
dete. Dixerunt iudei Sanguis eius super nos et super filios nostros. Tunc
dixit pylatus ad seniores iudeorum nolite facere hoc malum nichil
enim dignum morte invenietis in curatione sabbati. Dicunt ei pontifices
Si quis blasphemaverit dignus est morte iste autem adversus deum blasphe-
mavit. Iussit autem pylatus foras et dixit ad ihesum Quid tibi faciam tibi
Dicit ei ihesus Sicut scriptum est. Dicit ei pylatus Quomodo scriptum est. Dicit ei
ihesus

= audire dicit pylatus Si iste sermo blasphemie est
moyses et prophete prenunciaverunt et annunciaverunt passionem istam et de resurrectione
mea / Audientes autem iudei hec dixerunt pylato Quid adhuc vis magis istius
blasphemie / est tunc pylatus blasphemias tollite eum vos et secundum legem vestram
iudicate eum / dicunt ei lex nostra continet si homo homini peccaverit dignus est acci-
pere xl iiii una Et qui in deum blasphemaverit lapidari oportet / dicit eis pylatus
Iam dixi vobis Si iste sermo blasphemus est tollite eum vos et secundum legem
vestram dicunt iudei nos volumus ut crucifigatur dicit pylatus non est dignus
crucifigi intuendo vero pylatus in populum circumstantem vidit multos lacrimantes et dixit
non enim omnis multitudo vult eum mori dicunt seniores ideo venimus universa
multitudo ut moriatur dicit pylatus michi non videtur et quare moriatur
dicunt seniores Quia dixit se esse filium dei et regem Nicodemus autem
quidam vir iudeus stetit ante pylatum et dixit / rogo misericors iube me dicere
paucos sermones dicit ei pylatus dic Et dixit nicodemus Ego dixi
senioribus et sacerdotibus et levitis et omni multitudini iudeorum in synagoga
Quid vultis cum isto homine agere quod iste facit signa gloriosa qualia nullus
facit nec fecit dimittite eum et nolite malum facere adversus eum Si vero
ista signa que ipse facit fuerint ex deo stabunt Si autem ex hominibus parva et cito non
erunt dissolventur quia et moyses missus fuit a deo in egiptum et fecit signa
multa que precepit ei deus facere ante pharaonem regem egipti et erant ibi
medici curantes augures et malefici et magi et ariolos multi et fecerunt
similiter et ipsi signa que fecit moyses sed non omnia et habuerunt eos egiptii
sicut deos Iamne et mambre Omnia signa que ipsi fecerunt non steterunt
deo perierunt et ipsi qui crediderunt eis Et nunc dimittite hominem istum non
est enim dignus morte dicunt iudei nicodemo et tu discipulus eius es et
verbum pro ipso facis dicit nicodemus Numquid et preses discipulus eius est quia
verbum pro ipso facit Numquid non constituit eum cesar super dignitatem istam Erant autem
iudei frementes et stridentes adversus nicodemum et dicit pylatus
Quid striditis adversus veritatem audientes iudei veritatem accipiat et
habeat partem cum ipso dicit / et dixit nicodemus amen accipiam sicut dixistis Et
alius quidam ex iudeis exsiliens rogabat presidem ut eciam verbum diceret et dixit
preses dic et dixit Ego xxxviii annis iacui in portico paciens dolores
Adveniente ihesu multi demoniaci et diversis infirmitatibus detenti curantur
pessimis et iuvenes adolescentes michi portaverunt me in lecto et pervenerunt
me adeum et videns me ihesus misertus est mei et verbum dixit michi
Surge tolle lectum tuum et ambula et sine mora tulit lectum meum in
quo iacebam et ambulavi dicunt iudei pylato interroga eum que dies fuit
quando sanus factus est qui curatus fuit dixit sabbatum fuit dicunt iudei py-
lato Nonne diximus tibi / quia in sabbato curat et demonia eicit Et
alius quidam dixit Cecus natus sum vocem audivi neminem audivi videbam
et transeunte ihesu clamavi voce magna miserere mei fili david et misertus
est michi et posuit digitos suos super oculos meos et statim vidi / et alius
iudeus accedens et dixit leprosus fui et mundavit me verbo et mulier que
veronica a longe stans dixit sanguinis fluxum habui / et stetit fluxus sanguinis

mei post annos duodecim dum tetigi fimbriam vestimenti eius dicunt igitur iudei le-
gem habemus mulierem in testimonium non accipere et multitudo iudeorum virorum
et mulierum clamabat dicentes iste homo blasphemat et demones scit
sunt ei dixit pylatus quare doctoribus vestris non sunt subiecti dicunt iudei
nescimus alii autem dixerunt pylato quia lazarum post quatriduanum de-
monumento suscitavit audiens autem omnia ista preses tremefactus et dixit
ad multitudinem iudeorum quid vultis effundere sanguinem innocentem et
pylatus advocans nicodemum et xii viros qui dixerunt quod non esset
natus ex fornicatione et dixit eis quid faciam quia sedicio fit in populo
dicunt ei nos nescimus ipsi viderint iterum pylatus advocat omnem multitu-
dinem et dixit ad eos scitis quia consuetudo est in festo azimorum unum
vinctum dimittere habeo itaque in carcere unum homicidam nomine barrabam
et ihesum in quo nullam causam invenio quem vultis de duobus dimitti dicunt
iudei barrabam dixit eis pylatus quid igitur faciam de ihesu dicunt
ei crucifigatur alii dicebant non es amicus cesaris nisi ipsum crucifixeris fi-
tam se regem ipsum et de cesare non est tibi cura tunc commotus pylatus
valde adversus iudeos et dixit sediciosa gens et infidelis dicunt iudei
quare hoc dicis tunc dixit pylatus de servitute eduxit vos de egypto et per mare
rubrum siccis pedibus transduxit vos et in heremo pavit vos manna et
de petra aqua saciavit vos et legem dedit vobis et in hiis omnibus
irritastis deum vestrum et fecistis vobis vitulum conflatilem et deliquistis
deum verum et voluit deus interficere vos et pervenit moyses pro vobis et
non fecit vobis malum quod promeruistis et nunc fertis quia nobis omnia
bona fecit quia interficere et me accusatis quod imperatorem odio habeo
et consurgens pylatus de sede voluit exire et exclamaverunt iudei
dicentes nos imperatorem novimus cesarem non autem ihesum regem quia
autem dixerunt pylato quod magi ab oriente venerunt et munera obtu-
lerunt sicut regi magno audiens vero herodes quod rex natus esset quesivit
occidere eum quod audiens pater eius joseph fugit cum eo et maria matre
eius in terram egypti sentiens vero herodes occidit omnes pueros hebreorum
qui nati fuerunt in bethleem audiens autem pylatus sermones istos a
iudeis timuit et precepit silencium fieri in populo et dixit eis iste
ergo est quem querebat herodes occidere dicunt ei iste est et accepit aquam lavit
manus coram omni populo dicens innocens ego sum a sanguine huius vos
videritis et clamaverunt omnes rursum dicentes sanguis eius super nos
et et tradidit eis ihesum ut crucifigeretur et cetera ut in passione domini
sequitur audiens et videns pylatus et uxor eius signa que fiebant
pendente ihesu in cruce contristati sunt valde et non manducaverunt neque biberunt
inde illa et misit pylatus ad iudeos dicens vidistis que facta sunt
et dixerunt iudei non turbere eclipsis solis facta est secundum consuetu-
dinem post hec joseph rogavit ab arimathia corpus ihesu et audientes
iudei quod pecierat corpus ihesu joseph querebant interficere eum et nicodemum

et duodecim viros qui dixerunt ihesum non esse ex fornicatione natum et alios qui
manifestabant opera eius bona coram preside absconderunt autem omnes latenter nico-
demus solus apparuit principibus iudeorum et dixit eis Quare introistis in
in synagogam iniquitatem effundentes sanguinem et ipsum dixerunt ei iudei
tu quomodo ingressus es in synagogam cum consentiens ei fuisti et portio tua
sit cum ipso in futuro seculo dixit eis nicodemus amen Similiter et joseph veniens
et dixit quid me gestati estis adversum me quia petivi corpus ihesu ecce in
novo monumento meo posui eum in sindone munda et advolvi lapidem
ad hostium monumenti et vos non bene egistis adversus iustum crucifigentes eum
et cum lancea perforastis latus eius Tenentes itaque joseph miserunt eum in custo-
dia custodire post diem sabbati et dixerunt ei Scias quia hora non
competit te tangere quia sabbatum lucescit et non eam licet mittere manum in te
sed nec sepulture dignus es sed dabimus carnes tuas escas volatilibus celi et
bestiis terre Dixit eis joseph iste sermo superbie golie est qui in vivum deum non
credidit dixit enim deus per prophetam michi vindictam et ego retribuam eis
et tu venalis preses lavit manus suas coram sole dicens innocens ego sum
a sanguine iusti huius vos videritis et respondistis sanguis eius super nos et
nunc timeo ne aliquando veniat ira dei super vos et super filios vestros sicut di-
xistis et dixerunt iudei scimus tibi nec sepulture dignus sed dabimus escas
carnes volatilibus celi et bestiis terre et miserunt eum custodie et dixit jo-
seph dixi vobis ecce quia iste sermo superbie golie est et repleti sunt furore
iudei et amaricati sunt corde et incluserunt joseph in custodia ubi fene-
stre non erant et custodes posuerunt ad ianuam
Sabbato autem firmaverunt consilium principes sacerdotum signantes et ianuam
sacerdotibus et levitis tamquam omnes deberent ire in synagogam et archisinagogi cum
vigilantes diluculo omnis multitudo in synagogam congregati et consiliati
quali morte interficiant joseph et miserunt et miserunt eum adduci et
quomodo angeli descenderunt et tenuerunt singulos cardines domus in
qua clausus erat joseph ~~venientes autem ministri aperuerunt et eduxerunt~~
joseph et levaverunt carcerem a fundamentis et eduxerunt joseph venientes ministri
ut eum presentarent principibus senioribus iudeorum aperuerunt ianuam et neminem
invenerunt et expaverunt omnes ipsius et stupefacti sunt nimie eo quod signacula invenerunt
signata et clavem quomodo habuit cayphas Et amplius non audent sibi ali-
quid dicere nec manus mittere in custodes Sedentibus autem illis in synago-
ga et loquentibus de eductione joseph venit quidam de custodibus qui custodierunt
sepulcrum ihesu et annunciaverunt archisinagogis et sacerdotibus omnia que facta
fuerant quod terre motus factus est magnus custodientibus nobis et quod angelus
domini descendit de celo et revolvit lapidem ab hostio monumenti et sedebat
super eum et quod aspectus eius erat sicut fulgur et vestimenta eius sicut
nix pre timore autem eius facti sumus tamquam mortui et audivimus angelum lo-
quentem mulieribus dicentem nolite timere novimus enim quod ihesum qui crucifixus est
queritis non est hic surrexit sicut dixit venite et videte locum ubi positus
erat dominus et euntes dicite discipulis eius quia surrexit a mortuis et precedat

vos in galileam ibi eum videbitis sicut dixit vobis. Dicunt eis iudei quibus mu-
lieribus loquebatur. Dicunt milites nescimus que erat. Dicunt iudei qua hora fuit? re-
sponderunt custodes media nocte. Dicunt eis quare non tenuistis eam? Dixerunt
custodes tamquam mortui facti sumus prae timore non sperantes lumen diei ultra
videre et quomodo tunc debuimus eam tenere. Dicunt iudei vivit dominus quia non credimus
vobis. Dixerunt custodes tanta signa vidistis ab homine illo et non credidistis
et nobis quomodo debetis credere. Et enim bene iurastis vivit dominus. Vidimus enim eum resur-
gentem vivum. Audivimus autem quod Joseph qui petiit corpus Jesu inclusistis in car-
cere et signatas ianuas et postea aperientes et inquirentes eum et non
invenistis. Ostendite ergo Joseph et nos dabimus vobis Jesum. Dixerunt iudei Jose-
ph in civitate sua est et ibi dicunt eum vivere. Dicunt custodes et Jesum sicut audivimus
ab angelo in galilea videbitis. Audientes iudei sermones istos timuerunt valde
dicentes ne forte audiat sermo iste in populo et omnes credant in Jesum. Et consilium
fecerunt inter se iudei et tulerunt aurum et argentum et dederunt militibus
dicentes dicite quia vobis dormientibus venerunt discipuli et furati sunt eum.
Et si auditum fuerit a preside hoc apud presidem nos confirmabimus sermonem vestrum et securos
vos faciemus. Tunc accipientes aurum et argentum fecerunt sicut erant docti. Et tunc
divulgatus est sermo iste ab eis usque ad hodiernum diem. Phinees autem sacerdos et
Adas dyascolus et Ageus levita descenderunt a galilea in ierusalem et retu-
lerunt archisinagogis et sacerdotibus quod viderunt quod Jesus sedebat et disci-
puli eius in monte oliveti qui vocatur Mabrech et dicebat discipulis suis euntes
in mundum universum et annunciate omni creature qui crediderit et baptizatus erit
salvus erit qui vero non crediderit condempnabitur. Signa autem eos qui credent erunt in
nomine meo. Et adhuc eo hoc loquente vidimus eum ascendentem in celum. Dicunt
ei sacerdotes et levite date gloriam deo israel et dicite ei confessionem. Dicunt ei vivit
dominus deus abraham et deus ysaac et deus jacob quia ista vidimus et audivimus
eum assumptum in celum. Dicunt iudei ad quid venistis dicere coram deo an de-
liramentum et murmurationes in populo facere. Dixerunt et dixerunt tunc ista
verba que loquti sunt quod vidimus et et audivimus certe sumus in conspectu vestro
quod bonum vobis videtur facite nobiscum. Et accipientes legem ut iurarent
et iuraverunt eis ut nemini narrarent de modo verba ista et dederunt man-
ducare et bibere et aurum et argentum et tres viros qui eos reduxerunt
in galileam in pace. Et consilium fecerunt inter se archisinagogi repleti furore
magno dicentes quid adhuc faciemus propter signum magnum quod natum
est in israel. Dicunt annas et cayphas quare contristate sunt anime vestre? Infideli-
bus opus credere qui dixerunt quod angelus domini descendit de celo et revolvit
lapidem ab hostio monumenti et fatentur quod discipuli eius dederunt eis aurum
et idoneum et docuerunt eos sic dicere. Dilectissimi audivimus grave et grandius
propter errorem priorem an non licet credere qui sunt circumcisionis. Et surgens nico-
demus et stetit in medio consilii ipsorum licet credere et tunc venerunt viri a gali-
lea viri mendacium odientes deum et narraverunt vobis quod eum invenerunt
quod viderunt Jesum sedentem in monte mabrech cum discipulis suis et docebat eos
et quod viderunt eum assumptum in celum et nullus vestrum interrogavit quo ordine
assumptus esset. Etenim sicut docet scriptura sancta helyas assumptus est in celum et

Heliseus clamavit voce magna post eum dicens pater mi pater mi Israel et Eli-
as proiecit pallium suum super Heliseum et fecit ascendendo sursum et venit Jericho
et occurrerunt filii prophetarum dicentes ubi est dominus tuus Helias assumptus est
in celum Et dixerunt numquid spiritus rapuit eum et proiecit eum in unum de mon-
tibus sed et nos accipiamus pueros nostros et sequamur eum et iverunt cum illo
Heliseo et quesierunt eum tribus diebus in montibus et non invenerunt in veritate et
nunc audite venerabilissimi patres et nos in montibus istis unde Ihesus assum-
ptus est et proiectus est in unum de montibus Et placuit omnibus sermo iste et
miserunt in omnibus montibus querere Ihesum et non invenerunt eum invenerunt
autem Joseph in Arimathia et nemo ausus fuit eum apprehendere Et venerunt
et annunciaverunt senioribus et sacerdotibus dicentes Circuivimus omnes montes istos
et Ihesum invenire non potuimus Joseph vero invenimus in Arimathia Au-
dientes vero de Joseph dederunt gloriam et consilium fecerunt archisinagogi
quo ordine Joseph mandarent venire ad eos Et scripserunt ad eum epi-
stolam dicentes pax tibi Joseph et omnia que tua sunt Novimus quia
peccavimus in te et in Ihesum digneris venire ad ~~nos~~ patres tuos et ad
filios tuos quia contristati sunt et nos vehementer aperuimus carcerem et
non invenimus te O Joseph venerabilis omni populo deus sustulit te et eri-
puit te de malo consilio quod fecimus fecerat circa te Et elegerunt septem
viros amicos Joseph quos et ipse Joseph noverat amicos suos esse
et miserunt illos ad eum dicentes videte si acceperit litteras et legerit
eas sciatis quod veniat ad nos et si non perlegerit sciatis quod malignetur
nobis et postulamus vindictam super nos Et venerunt viri ad Joseph
in Arimathiam et adoraverunt et salutaverunt eum dicentes pax tibi
Joseph et dixit Joseph pax vobis et omni populo Israel Et dederunt sibi
epistolam Suscipiens igitur Joseph epistolam amplexatus est eam et be-
nedixit deum Et dixit benedictus dominus deus meus qui misit angelum
suum et protexit et quo operuit me sub alas suas Et osculatus
est eos Et posuit eis mensam et comederunt et biberunt et dor-
mierunt vigilantes autem illis oraverunt et stravit Joseph asinum
suum Et ambulavit cum illis Et intravit in sanctam civitatem Iherusalem
Et occurrerunt omnes contra cives obviam dicentes pax tibi Et
introitui tuo Et dixit pax vobis et osculavit et adoraverunt eum
Et comparavit visionem eius Et suscepit eum Nicodemus in domum suam
et fecit magnum convivium Et vocavit Annam et Caypham
et reliquos principes sacerdotum et iocundati sunt cum Joseph manducantes
et benedicentes deum Et abiit unusquisque in domum suam Joseph
autem mansit in domo Nicodemi Altera autem die venit archisinagogi
in domum Nicodemi visitare Joseph et occurrit eis Nicodemus Et
dixit pax vobis Et dixerunt pax tibi et omni domui tue et domui
Joseph Et introduxit eos Et sederunt pariter in consilio et Joseph in me-
dio Annas et Cayphas nemo ausus fuit loqui ei Et dixit eis Joseph

Quare me reclusisti et tunc caiphas innuens gelo nicodemo loqui cum
ioseph et dixit nicodemus ad ioseph venerabilis sum ipso scio quia venera
vel didascoli et sacerdotes quierunt a te aliquem legem dice et tradit ioseph
interrogate me et tollentes legem adiurabant et caiphas adiuravit eum
dicens da gloriam deo et dedit confessionem qui adiuratus erat apposita et
adiuravit et non abscondit eis aliquod verbum et dixerunt ad ioseph
non reminiscimur quatenus petisti eum corpus ihesu et in involuisti in sindone
magna munda et posuit eum in monumento ipse quod inclusimus te
in domum ubi fenestre non erant et sigillo signavimus ianuas et custodes
custodiebant carcerem et una die sabbati aperuimus ianuas et non
invenimus te et contristati sumus valde et stupor invenit super nos et super
populum dei et nunc dic nobis rei veritatem quod factum est et tradit
ioseph in die parasceve circa horam ~~vicesimam~~ decimam inclusistis me
et mansi in sabbato perlatam diem media autem nocte stante me et
orante suspensa est domus in altum et vidi splendorem magnum
et tremefactus sum et cecidi in terram et elevavit me quidam et statuit
me super pedes meos et odor unguenti posuit circa nares meas et
osculatus est me et dixit michi ioseph noli timere aperi oculos tuos et
vide quis loquitur tibi et ecce vidi ihesum stantem ante me et timentes
putabam fantasmam esse et loquebar sermo et ipse mecum dominus
colloquiis et dixit vestris quia quis fantasma aliquam obviavit et
audierit vera dominum propterea effugit et dixi ad ihesum rabi eli et
dixit michi non sum elyas et dixi quis es domine et dixit ei ego sum
ihesus cuius corpus petisti a pylato et caput meum posuisti et posuisti
me in monumento tuo novo et agnovi quod ihesus est et dixi ei
ostende michi ubi posui te et sindone et sudarium et apprehendit me
manu sua et posuit me in medio domus mee ianuis clausis
et pausavit me in lectum meum et dixit michi pax tibi et iterum
osculatus est me et dixit michi usque in diem xlm non exeas de
domo tua et ego iam ad fratres meos vado. audientes autem archisynagogi
et sacerdotes facti sunt tamquam mortui et ceciderunt in terram et reiu-
naverunt usque in horam nonam et rogavit eos nicodemus dicens confirmi
surgite et state super pedes vestros et gustate panem et confortate animas
vestras Crastina die sabbatum domini est et surrexerunt et oraverunt et
manducaverunt et abiit unusquisque eorum in domum suam Sabbato die ac
didascoli et sacerdotes in consilio cum conferentia dicentes ad invicem Que est
ista iracundia que super venit nobis Et ecce quid fert de ihesu
Et dixit eis levi doctor parentes eius novi timentes deum et ab oratione
non cessantes et decimas reddentes ter in anno et quando natus est ihesus
portaverunt eum parentes eius in loco isto et sacrificia et holocausta dederunt

pso et tulit eum pater meus maior didascolus in brachio suo et dixit
nunc dimittis servum tuum in pace vel domine videruntque et benedixit
mariam matrem eius et prophetavit ei et dixit annuncio tibi de puero
isto Et ait maria bonum domine mi Et dixit adam Ecce iste iacet
in ruinam et in resurrectionem multorum in israel et in signum cui contra-
dicetur et tuam ipsius animam pertransivit gladius ut revelentur multorum de
~~cordibus~~ cordibus cogitationes dixerunt didascoli ad levi Tu quomodo ista
audisti dixit levi nescitis quia ab ipso didici legem dixerunt ei
Si a patre tuo legem didicisti tunc volumus tuum patrem videre Et
viderunt eum cum deo promittere et scrutati sunt patrem eius et
dixerunt ab eo eum simeonem et ceciderunt et periti sunt dicentes
Blue et simulatione Et ad levi dixerunt verus est sermo tuus quem
dixisti et tunc dixerunt archisinagogi et principes sacerdotum mi-
ttamus adhuc in galileam ad illos tres viros qui hic venerunt
et narraverunt nobis de doctrina eius et de assumptione Et complacuit
sermo omnibus Et elegerunt tres viros et miserunt eos ad illos et
venientes in galileam ad eos et salutaverunt et fecerunt ut eis sunt
in pace videntes autem illi et dixerunt Quare huc venistis ad
nos Qui autem ducti erant dixerunt vocat vos concilium in sanctam
civitatem iherusalem audientes autem illi quod erunt in consilio oraverunt et re-
cubuerunt et mane surrexerunt et profecti sunt cum illis et in crastino
sunt pro eum illic Et interrogaverunt eos in consilio sequestrantes ipsos
prius ab invicem dilectissimi manifeste vidistis ihesum sedentem super
montem mabre docentem discipulos suos et assumptum in celum
et dixit primus vere manifeste vidimus eum docentem discipulos suos et
nubem obumbrantem et assumptum in celum et vocem angelorum audi-
vimus viri galilei quemadmodum vidistis eum euntem in celum sic
veniet et discipuli ponentes facies suas in terram dicentes amen
et vocaverunt et interrogaverunt secundum et tertium Qui confirmaverunt eum
simonem dicentes sicut Tunc dixerunt archisinagogi ad semetipsos
sedentes in consilio lex ~~moisi~~ moisi sic continet quod per duorum vel trium
stat omne testimonium Et dixit unus legisdoctor forte deus sustulit
et abstulit eum ab oculis nostris Audit quidem aliquis dicens Eclesie mortem
moisi dixerunt audivimus sed non vidimus nec sepulturam eius cognovimus
usque in presentem diem Et simeon dixit iste iacet in ruinam et in
resurrectionem multorum in israel et in signum cui contradicetur Et alius
doctor dixit scriptum est Ecce ego mitto angelum meum ante faciem
eius Si iste ihesus est nescio et dixerunt annas et chaiphas
recte dixistis mortem moisi et enoch nemo vidit Et mortem sancte
ecclesie nemo nominavit nam scimus et vidimus ipsum flagellatum faciem
eius sputatam spinis coronatum et cum latronibus crucifixum et lancea perforatum

Et q preciosus pater joseph petijt corpus eius et sepelivit eum Et sicut dixit
resurrexit et sicut tres viri attestantes eum assumptum in celum et dixerunt
doctores ad omnem populum Si aut advos secum esset hec res mirabiles
in oculis nostris Scitote quia scriptum est omnis qui pependerit in ligno
maledictus Et iterum scriptura dicit dij qui celum et terram non fecerunt pereant
sicut etiam perierunt eorum memoria qui se fecerunt q non erant de quo
scriptura dicit est aut ignis ille de quo in lege scriptum est Et si memoria
eius usque ad summum est scietis retinentiam eius usque in seculum
seculi Si aut non tunc perijt memoria eius et exposuit omnis
populus dominum et dixerunt dne deus omnia que locutus es per servum tuum
moysen non cecidit sermo tuus et nunc dne esto nobis propicius et esto
nobiscum sicut fuisti cum patribus nostris et non delinquamus nos in
omnibus viis tuis ad custodiendum mandata tua et tu dne eris in
regem super omnem terram et dnus erit unus et nomen eius unum
dns vero ne libera nos et liberabimur quia populus hereditatis tue sumus
dns vero ne libera nos et liberabimur quia populus hereditatis tue sumus Amen
Et in principio dicto abijt unusquisque eorum in domum suam Amen

De passione domini nostri Jesu christi

Oportuit christum pati et ita intrare in gloriam suam
Luce ultimo capitulo Sciendum quod voluntas patiendi
concludit necessitatem coactionis quia dicit augustinus
q voluntas est animi motus agendi cogente nullo ad
aliquid non admittendum vel adipiscendum unde non fuit
necessarium christum pati necessitate coactionis sed presuppositio
fine Dicitur aut aliquid necessarium ex suppositione finis
qui scilicet finis aut nullo modo aut non ita convenienter conveniente potest nisi
tali fine presupposito et sic necessarium fuit christum pati necesse finis Ex-
tali fine presupposito et sic necessarium fuit christum pati propter eius passionem
finis potest triplex considerari primo ex parte nostra qui per eius passionem
liberati sumus a carcere ut dicit ambrosius post primum peccatum primorum
parentum homo commissa non debebat intromitti in paradisum i in dei con-
templacionem non debuit admitti nisi in uno homine tanta existeret
humilitas que hominibus sufficere posset ad salutem Sicut in primo homine
tanta fuit superbia que omnibus suis successoribus nocuit non est aut
inventus inter homines aliquis qui illud posset implere nisi leo de tribu iuda
qui aperuit librum et solvit signacula eius implendo in se omnem
iusticiam i perfectissimam humilitatem qua maior esse non potuit Item
alij homines debuerunt eciam pro peccato et in unicuique sua virtus suffice-
bat et humilitas nullus ergo talem hostiam poterat offerre sufficientem
ad reconciliacionem Ideo et christus ergo sufficiens et perfecta fuit hostia
qui multo amplius i humilitatis accidit passionis gustando quam
ille adam qui superbijt gustu ligni vetiti nociva delectatione perfruendo
Si igitur superbia illius omni exclusit ruina primum de paradiso expellens
et alijs ianuam claudens multo magis humilitas ex mortem

gustavit ingressum regni celestis omnibus sunt impleto decreto prius aperire
potuit atque decreti cirographum delere. Cui concordat id ambrosius dicit. Quia tanta
sunt peccata nostra ut salvari non possemus nisi unigenitus dei filius pro nobis
debitoribus morte moreretur et digne nos faceret hereditatis promisse. Quod
non est ita intelligendum quod alio modo nos salvare non potuit. Nisi per mortem
suam. Sed quod per paciam hostiam non potuit nobis aperire regni aditum
et se salvare nisi per mortem unigeniti. Item per eius mortem sumus a dyabolo li-
berati. Unde dicit apostolus quem posuit deus propiciatorem per fidem in sanguine
ipsius .i. per passionis fidem de christo habitam et credam. deus pater propiciatorem
est nobis. et nos per christum qui enim propiciator factus est iniquia filiis redit
a dyabolo. Quemadmodum enim aspicientes serpentem eneum in ligno exaltatum a mor-
sibus serpentum sanabantur. Unde iohannes iii dicit ihesus sicut moyses
exaltavit serpentem in deserto. ita exaltari oportet filium hominis. ut omnis qui
credit in ipsum non pereat sed habeat vitam eternam. Si ergo recte fidem intuitu
respicimus christum pro nobis pependit in ligno a vinculis dyaboli solvimur .i. apertis
et ita a dyabolo liberamur. ut nec per hanc vitam eternam in nobis impediat
quod privat. Et effectus christus sua passione quod in hac vita dyabolus nos
temptando nobis non prevaleat per christi mortem. et vincere sicut prius
vincebat. Nam petrus qui ante mortem christi ad vocem ancille territus
ipsum negavit. et per mortem christi ante reges et presides ducibus non
cessavit. Sed post mortem christi tenere elegit quia fortior. .i. christus veniens in do-
mum fortis .i. in mundo terra ubi dyabolus habitabat alligavit fortem
dyabolum. Et ascensione potentia eius compescuit. ut temptationes que ei adhuc
permittit non separant seductorem nisi consentiente homine. Unde dicit
augustinus quod in christi sanguine qui solvit ea que non rapuit redempti
sumus a peccato et prosequuntur a dyabolo. et ideo in christo vincantur mira nobis
potestas. ubi vincat in visibilibus cupiditatibus. Effuso enim sanguine christi
sine culpa omnium cupiditatum cirographa sunt deleta. quibus debi-
tores qui inveniuntur a dyabolo tenebat. Seque sanguine dicit
christus hic sanguis novi testamenti qui pro multis effundetur in re-
missione peccatorum. Et illum ergo redempti sumus in quo principem mundi
nichil invenit. Sicut dicit augustinus nichil invenit dyabolus in christo
ut moreretur. Sed pro voluntate patris se mori voluit non habens causam
mortis de peccato. Sed de obediencia et iusticia mortem gustavit. Per quam
nos a servitute dyaboli redemit. Incidens enim in principem huius seculi
qui seduxit adam et servum fecit et cepit nos quasi una hora possede-
re, sed venit redemptor et victus est deceptor. Et quid fecit redemptor cap-
tivatori nostro tetendit ei muscipulam crucem suam. Ibi posuit quasi
escam sanguinem suum. Ille autem sanguinem fudit non debitoris pro quo
decessit a debitoribus. Ille quippe ad hoc sanguinem suum fudit. ut nostra
peccata deleret. Vinculum ergo quo nos dyabolus tenebat deletum est. et
interfecto sanguine redemptoris. non enim tenebat nos nisi vinculis peccatorum
nostrorum. Iste enim erant cathene captivorum. Venit ille alligavit
fortem vinculis passionis sue. Intravit in domum eius .i. in corda
eorum ubi ipse habitabat. et vasa eius .i. nos eripuit que ille imple-
verat amaritudine sua. deus effundendo amaritudinem implevit dul-
cedine per mortem suam aperte nos redemit. Et adoptacionem filiorum
Item · gratie nobis largiendo. Item exigit nostra opprobat christum mori .i. expediens

sunt xpi fidei spei et caritatis augmentum in nobis de augmento fidei
sed in ipso Singulariter sum ego donec transeam dicit glossa de modo
ad penam passionem. Cum autem transiero tunc multiplicabor in membris
fidelibus. Unde Johannes xii° dicit nisi granum frumenti cadens in terra
mortuum fuerit ipsum solum manet. Si autem fuerit mortuum multum
fructum affert. Unde quo dicit Augustinus dominus erat granum mortificandum
in infidelitate iudeorum multiplicandum in fide populorum. Et enim multis
fructus secutus fructus compassione Christi ihesu colligit. Et psalmo xxi°
nomen tuum fratribus meis. Plus enim fructus passionis Christi est ma-
nifestatio nominis domini et ipsius etiam notitia presidem sic dicit deus
pater narrabo id est manifestabo cum suscitavero me a morte aperiendo
sensum eorum ut intelligerent scripturas Luce xxiiii°. Nomen tuum id est rem
nominis tui et tui notitiam bonitatem caritatem et misericordiam fratribus meis
id est apostolis et discipulis meis quos sicut fratres dilexi Johannes xv° valde
ad fratres meos et aliis fidelibus per ipsos quibus ipsi predicabunt. Euntes
in universum mundum. Ipsi autem fratribus manifestaverunt et enarraverunt
nomen domini per regionem suam Actuum 1° quibus prebuit se ipsum
vivum in multis argumentis post passionem suam per dies xl apparens eis
loquens de regno dei non quod antea non narraverat sed quia tunc clarius et
perfectius docuit. Unde Johannes xvi° adhuc multa vobis habeo dicere
que non potestis portare modo. Sed resurgens cepit a moyse aperiens
illis sensum ut intelligerent scripturas et perfectissime narravit confirma-
tos et doctos in spiritu sancto in linguis igneis eos misit et fuit
submisit. Cum autem venerit paraclitus docebit vos omnia [illegible]
fructus compassione Christi est laus divina ubique terre id est maxime in uni-
versa terra non in uno angulo sed in tota terra per passionem meam colli-
genda laudabo id est laudari te faciam Abacuk iii° et laude eius
plena est terra. Sextus fructus est institutio sacramentorum commendato pa-
sionis Christi et presertim baptismi et eucharistie. Et ideo in alio versu [illegible]
Vota mea reddam id est voluntates meas instituendo sacramenta
ecclesie commendato mee passionis et presertim baptismi et corporis Christi red-
dam id est instituam in conspectu timentium eum id est in conspectu fidelium
in ecclesia militante colendum quibus et ad quorum salutem prestat hoc
sacramentum ut ipsi intelligant verum esse verum corpus Christi et per illud credant
se salvari et gratiam consequi. Et exponit hoc dictum propheticum in persona
Christi vel aliter potest exponi loquitur in persona ecclesie sic exponit de sa-
cramento baptismi Vota mea id est promissa que promisi in baptismo dicit
Anime diabolo et omnibus pompis eius et credo in deum deum. Iste
enim est magnus fructus compassione Christi secutus ipse vero baptizatus quia
qui vim regenerandi habet ex passione Christi ad Romanos vi° Quicumque
baptizati sumus in Christo ihesu in morte ipsius baptizati sumus. Hec vota red-
dam in conspectu timentium eum id est in conspectu totius ecclesie de institu-
tione vero sacramenti eucaristie in memoriam passionis subdit propheta e-
dent scilicet sacramentaliter et spiritualiter corpus meum sumunt Johannis vi° panis
quem ego dabo caro mea est pro mundi vita pauperes id est humiles et huius
seculi contemptores Matthei v° Beati pauperes spiritu qui nec concupiscunt mundi
concupiscentias nec timent ipsius inopiam et saturabuntur perpetua et

et pinguem vestitum pulchriorem. Tertio iustus comedit et replet animam
suam, venter autem impiorum insaturabilis. Et dicit glossa: divites quamquam fecerunt
non saturabuntur quia non considerant terram et passionem domini. Sed
pauperes saturantur qui imitantur dominum patientes, et laudabunt dominum
propter statum accionum. Et ideo in libro signum, quia per terram ad celos diximus
incipimus et deinde venit in montem oliveti. Quarto, Ieronimo. Et ideo dicit
glossa: pauperes qui deum laudant divites sunt, et ideo pauperes sunt, quia
deum laudant ut eum habeant qui est thezaurus temporalium. Divites quaerunt
implere cistam terrenis opibus, pauperes quaerunt implere cor divitiis dei
et virtutibus. Sexto fructus secundus est ex passione Christi et conversio gentium,
de quo prophetia subdit reminiscentur et convertentur gentiles per passionem Christi ad deum
per fidem quam praedicaverunt apostoli, ac quo antea erant per transgressionem et culpam,
et quasi ipsi in maerores poenitentiam in dolore et convertentur ad dominum per cari-
tatem diligentes deum ex toto corde et ex tota anima. Universi fines
terrae, id est gentiles introducti ad ecclesiam de universis finibus, unde psalmus:
omnes gentes quascumque fecisti venient. Septimo de augmento scilicet caritatis
per Christi passionem, sicut Iohannes tertio: sic deus dilexit mundum ut filio suo non pepercit sed
pro nobis omnibus tradidit illum. Et non accepta ea omnia nobis cum illo
donavit. Glossa: imputet iustitiam et infundet vitam aeternam. Qui enim
magis dedit quod minus est negare non potest, minus enim est omnia creata
nobis donare quam propter nos filium suum mortem tradere. Unde Bernardus:
tamen non rapiat ad spem impetrandi veniam qui attendit cor-
poris Christi dispositionem: hic caput inclinatum ad osculum, brachia
extensa ad amplexandum, manus perforatas ad largiendum, pedes
affixos ad nobiscum manendum, latus perforatum ad diligendum. Unde Canticorum
secundo sponsus sponsae loquitur: veni columba mea in foraminibus petrae. Glossa:
id est in vulneribus Christi ecclesia sedet et meditatur cum in passione domini
spem salutis suae ponit et per hoc ab insidiis accipitris, id est diaboli, se
defendit. De augmento caritatis in nobis per passionem Christi sicut in
calici columbae in meridiano sol convertit flammam, id est in visione passionis
suae attendit crucis ad ardorem suum. Unde Bernardus: super omnia te reddit
amabilem, te in cruce Iesu Christe, calix quem bibisti opus nostrae redem-
ptionis. Hoc omnino amorem meum vendicat sibi. Hoc totum quod nostram
devotionem et blandiciis allicit et iustius exigit et arctius stringit
et vehementius afficit. Unde apostolus commendat nobis caritatem dei, id est commendabilis
apparet erga nos in hoc quod filium suum tradidit in mortem pro nobis
peccatoribus. Ideo quam durum est cor humanum et quasi adamantinum, quod caritate
passionis Christi non emollit et pietate non compatitur. Unde Bernardus
in libello de stimulo amoris: o pessimum cor meum, de qua tu verecunde
largitati in mensa quaere magis delectare in vulneribus pietatis, quam
in vulneribus Iesu Christi quaere magis compatere, pure punctus pedibus
tuis, quam acerbissime morti domini tui et intensissimo dolori capitis
tui, vitae animae tuae. Ecce nonne tibi videtur quod illud plus diligis tuum
plus compatere in dolore, plus condoleas in propria afflictione quam domino
tuo in maiori angustia et dolore. O crudelitas, in mensa offerre de-
terior qui non in afflictione compatiens capiti toto corpore suo flagel-
lis exponit. Ecce videtur quod tamquam membra putrida accipite istos
ex toto corporis quia ipsi non vulneratis eius vulnera non sentiunt

Heu heu domine mi quare non fecisti si non debeo tecum ibi esse quoniam tu
quare ne sum tecum pro vulneratis prime tue vulneratus es et non pro te et tu
vulnera portas et hec ego crimen est hoc quod ego debeo pati et non tu quia
ego sum qui peccavi et qui iniquitatem egi hec quidem et agnus innocens quid fe-
cisti utique obsecro quod vulnera in me et domum patris mei Secundo
principaliter nota quod sicut ex passionibus fuit Christum pati propter ipsum quod per hu-
militatem passionis meruit gloriam exaltationis ut patet in 2a parte the-
mate in genere et ita intrare in gloriam suam et Iohannis xiio oportet
exaltari filium hominis per quo non secundum Thomam super textum deo colle-
git triplicem quod exaltatio Christi sicut textus loquitur in rebus consistit primo
in notitia cordis et quantum ad hoc accepit non quod conscripsione non
quod prius erat tantum notus in Iudea nunc vero post passionem notificatur
et omnibus fidelibus ab ortu solis usque ad occasum Secundo consistit
in reverentia corporis quantum ad genuflexiones que sibi debentur
ad creature redempte in signum excellentie dominii et potestatis
Tertio in confessione oris quia non solum creditur corde filius dei a-
sed ore confitendum est quod ipse est qui sospitate magna pro nobis passus
est Christum mortem corde enim creditur ad iustitiam ore autem fit
confessio ad salutem et hec tria tangunt ad philippenses iio propter quod
et deus exaltavit illum et donavit illi nomen quod est super omne nomen
ut in nomine Ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum
et omnis lingua confiteatur quia dominus Ihesus deus in gloria est dei patris
et aut tria aliquo modo ad perfectam beatitudinem pertinet quia de perfectione
beatitudinis est ut dicit philosophus quod etiam post mortem vivet in memoriis
hominum quia Christus debuit esse perfectissima beatitudo et exaltatio perfecta
meruit quam a principio non habuit sic necesse fuit et expediens
Christum mori esse pro te nostri propter salutem nostre sacramentum ut absolutione-
morte eius etiam nos inbuimur et vivimus in eo anima enim
dilutatem se vivit in patre et cum ipso fuit ad colosenses iiio mor-
tui estis et vita vestra abscondita est
cum Christo in deo et id dicitur Iob viio suspendium elegit anima mea
Glossa anima est enim est interior virtus ossa fortitudo carnis et
aut suspendit ad eterna ut ossa moriantur quia amare eterno vite
in se necat hinc aut mortem signum est si a modo despicit Gregorius
dicit quia mane prima corda in se retinet mortua vero mox expellit
Sic fuit expediens Christum mori propter perfectam vitam enim i petri iio Christus passus
est pro nobis nobis relinquens exemplum tribulationis et humiliationis flagellorum
et mortis ut sequamur vestigia eius ii ad thesalonicenses iio Qui sustinetis gloriosi
Christo passiones et tribulationes et hic congregabimini cum eo in eterna beatitudine
ut dicit glossa vii Bernardus Domine pauci sunt post te volunt ire cum tamen nemo
sit qui ad te venire nolit scientibus quia delectationes sunt in dex-
tera tua usque in finem ideo tecum regnare cupiunt non imitari et pati
cum tamen per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei actuum xiiiio
Tertio principaliter oportuit Christum mori et ita expediens fuit
propter hoc quia diffinito circa passionem multa fuerunt prenunciata in scripturis
et prefigurata in observanciis veteris testamenti Lucas xviiio dicitur
filius hominis quia sic diffinitum est vadit et Lucas ultimo dixit eis
hec sunt verba que locutus sum vobis quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege Moysi prophetis

et probatur de luce xxiiii ubi ipse incipiens a moyse et omnibus prophetis interpretatus
fuit duobus de discipulis euntibus emaus scripturas prophetarum que morte ipsius predixe-
rant Unde quod dicit Symon luce iiii capitulo viii formam illius interpretacionis
secunde surrexit dicens o stulti et tardi corde ad credendum in omnibus que lo-
cuti sunt prophete / et non solum ad credendum prophetie sed prefiguracionibus ante prophetarum
Genesis ii° nonne cum de latere ade dormientis in paradiso formaret evam
hec prefiguraret in christo quia revelat passionem cum sompno mortis dormiret
in cruce et in illo sanguine defluente de christi latere ut omni fidelium
formabatur ecclesia Et / Genesis iiii° nonne cum abel iustus in agro et a fratre
cum iuste ligni fuit interfectus invidia signatur christus qui [illegible]
in via qui ab invidia iudeorum quorum frater per carnem effectus erat interfectus
in ligno crucis in agro mundi ubi salutem omnium [illegible] ad [illegible]
Et Genesis viii° nonne ab [illegible] noe agitatus in ligno christi passionis
prefiguratam umbram assumit in archa lignea / Et Genesis ix° nonne [illegible]
noe facta in thabernaculo suo [illegible] calore vini accepti de vinea quam
plantaverat illum de nuditatem christi ascendit que facta est [illegible]
[illegible] que gerebat [illegible] ad [illegible] quod ipse [illegible]
neat / Et Genesis xxii° [illegible] abrahe [illegible] prefiguracionem [illegible] spectat
Fortunati viri mirabilis abbatis monasterii quod appellatur balneense bachi balneum ciceronis aliorum quoque eciam virorum mirabilium didici relatione quod narro. Vir sanctissimus equitius nomine in valerie partibus fuit qui pro vite sue merito aput omnes illic magne admiracionis habebatur cui fortunatus idem familiariter notus fuit. Qui videlicet equitius pro sue magnitudine sanctitatis multorum in eadem provincia monasteriorum pater exstitit. Hunc cum in iuventutis sue tempore acri certamine carnis sue incentiva fatigarent ipse sue temptacionis angustie ad oracionis studium solerciorem fecerunt. Cumque hac in re ab omnipotenti deo remedium continuis precibus quereret et nocte quadam assistente angelo eunuchizari se vidit eiusdemque per visionem apparuit quod omnem motum ex genitalibus membris eius abscideret atque ex eo tempore ita alienus extitit a temptacione ac si sexum non haberet in corpore. Qua virtute fretus ex dei omnipotentis auxilio ut viris ante preerat ita cepit postmodum eciam feminis preesse. Nec tamen discipulos suos admonere cessabat et ne se exemplo eius in hac re facile crederent et casu sui temptabant donum quod non accepissent. Eo autem tempore quo malefici in hac sunt romana urbe deprehensi basilius qui est magicis artibus primus fuit in monachico habitu valeriam fugiens petiit. Qui ad virum reverentissimum castorium amiternine civitatis episcopum pergens petiit ab eo ut eum equicio abbati committeret et sanandum monasterio illius commendaret. Tunc ad monasterium venit episcopus secumque basilium monachum deduxit et equitium dei monachum ut eundem dei famulum ut eundem monachum in congregacionem susciperet rogavit. Quem statim vir sanctus intuens ait hunc quem michi commendas pater ego non video enim monachum esse sed diabolum. Cui ille dixit occasionem queris ne debeas prebere quod peteris. Ad quod mox dei famulus dixit ego quod hunc esse denuncio quod video ne tamen minime me nolle obedire existimes facio quod iubes. Susceptus itaque in monasterio est. Cum enim post multos dies isdem dei famulus pro exhortandis ad desideria semper superna fidelibus paulo longius a cella digressus est. Quo descendente contigit ut in monasterio virginum quod eiusdem patris cura vigilabat una earum que iuxta carnis huius putredinem speciosa videbatur febricitare inciperet et vehementer anxiari magnis que non iam vocibus sed stridoribus clamare modo moritura sum ut basilius monachus veniat et ipse mihi per sue curacionis studium salutem reddat. Sed in eius patris absencia accedere quispiam monachorum in congregacionem virginum non audebat quanto minus ille qui novus advenerat et eiusdem congregacionis vitam adhuc nesciebat. Missum quoque repente cum ad dei famulum equitium nunciatumque est illi quod sanctimonialem illam mens febribus excitaret et basilii monachi visitacionem anxie quereret. Quo audito vir sanctus dedignando subrisit atque ait numquid non dixi quod diabolus est iste non monachus. Ite et eum de cella expellite et de ancilla vero que anxietate febrium urgetur nolite esse solliciti quia ex hac hora neque febribus laboratura est neque basilium quesitura. Regressus est monachus et ea hora saluti restitutam dei virginem agnovit qua eandem salutem illius dei famulus equitius longe positus dixit in virtute sui magistri exemplum tenens magnum qui invitatus ad filium reguli eius solo verbo restituit saluti

ut revertens pater ea hora filium
restitutum vite restitutum cognosceret
qua vitam illius ex ore veritatis
audisset. Omnes autem monachi visionem
sui patris implentes eundem basilium
ex monasterii habitatione repulerunt.
Qui repulsus frequenter clamabat
se cellam equitii magicis artibus in
aera aera suspendisse. Nec tamen eorum
quempiam ledere potuisse. Qui non
post longum tempus in hac romana ex
ardescente zelo christiani populi igne crema
tus est. Quadam vero die una dei fa
mula ex eodem monasterio virginum ingres
sa est ortum. Que lactucam conspiciens
concupivit eamque signo crucis bene
dicere oblita avide momordit sed ar
repta a dyabolo protinus cecidit. Cumque
vexaretur eidem patri Equitio sub
celeritate nunciatum est ut veniret citius
et orando succurreret. Mox quoque ut idem
pater ortum ingressus est cepit ex eius
ore quasi satisfaciens ipse qui eam
arripuerat dyabolus clamavit dicens
Ego quid feci. et ego quid feci. Sedebam
michi super lactucam venit illa et
comedit me. Cui cum gravi indignatione
vir dei precepit ut abscederet et locum
in omnipotentis dei famula non haberet.
Qui protinus abscessit nec eam contingere
ultra prevaluit. Quidam vir felix
nomine valerie provincie nobilis pre
dicti castri castorii qui nunc nobiscum
romana urbe demoratur cum eundem
virum venerabilem sacrum ordinem non
habere conspiceret et per singula loca
discurrere atque studiose predicare eum
quadam die familiaritatis ausu adiit
dicens. Qui sacrum ordinem non habes
atque a romano pontifice sub quo de
gis predicationis licentiam non accepi
sti predicare quomodo presumis. Cuius
eius inquisitione compulsus vir sanctus
indicavit predicationis licentiam qualiter
accepit dicens. Ea que tu loqueris ego
quoque mecum ipse pertracto. Sed nocte

speciosissimus iuvenis michi astitit
per visionem atque in lingua mea medi
cionale ferramentum id est flebotomum
posuit dicens. Ecce posui verba mea in
ore tuo egredere ad predicandum atque ex
illo die etiam cum voluero de deo tacere
non possum. **Petrus** Vellem prius
huius etiam opus agnoscere qui fertur ta
lia dona percepisse. **Gregorius**

Opus petre ex dono est non donum
ex opere alioquin gracia iam non est
gracia. Omne quippe opus dona pre
veniunt quamvis ex subsequenti opere ipsa etiam
dona subcrescunt. Nec tamen vite eius
cognicione fraudaris. Hunc reveren
dissimus vir albinus reatine antistes
ecclesie agnovit et adhuc supersunt multi
qui scire potuerunt. Sed quid plus queris
opus et quando concordabat vite mundi
cia cum studio predicationis. Tanto quippe
illum ad colligendas deo animas fervor
attenderat ut sic monasteriis preesset quatinus
per ecclesias per castra per vicos per singulorum
quoque fidelium domos circumiens discurreret
et corda audiencium ad amorem celestis
patrie excitaret. Erat vero valde vilis
in vestibus atque ita despectus ut si quis
illum fortasse nesciret salutatum etiam re
salutatus despiceret. Et quociens ad alia
tendebat loca iumentum sedere consueverat
quod esse despicabilius inter ceteris omnibus
in cella potuisset reperire in quo etiam ca
pistro pro freno et barbicina pelle pro
sella utebatur. Per semetipsum in saccos co
dices in pellicinis sacculis missos dextro
levo que latere portabat et quocumque per
venisset scripturarum aperiens fontem
et rigabat prata mencium. Huius quoque
opinio predicacionis ad romane urbis
noticiam pervenit atque ut est lingua adu
lancium auditoris sui animum amplectando
necans. Eo tempore clerici huius apostolice
sedis antistiti adulando questi sunt
dicentes. Quis est vir rusticus qui
auctoritatem sibi predicacionis arripuit

pulsum

aliud

De gracia dei

et officium apostolice predicationis sibimet usurpare indoctus presumit. Mittatur ergo si placet qui huc eum exhibeat ut quis sit ecclesiasticus ordo agnoscat. Sicut autem moris est ut occupato in multis animo adulacio valde subripiat si ab ipso cordis ostio nequaquam fuerit citius repulsa suadentibus sibi clericis consensum pontifex prebuit / ut ad romanam urbem deduci debuisset et que vel esset sua mensura cognosceret. Iulianum autem tunc defensorem mittens qui sabinensi ecclesie postmodum episcopus prefuit hoc tamen precepit / ut eum magno cum honore deduceret ne quidquam dei famulus ex conventione eadem iniurie sentiret. Qui parere de eo illectus clericorum motibus conatus nolens festine ad eius monasterium convolavit / ibique absente illo antiquarios scribentes repperit ubi abbas esset inquisivit. Qui dixerunt. In valle hac que monasterio subiacet fenum secat. Idem vero iulianus superbum atque contumacem puerum habuit / cui vix poterat vel ipse dominari. Quem ergo misit / ut eum ad se sub celeritate perduceret. Perrexit puer et pleno spiritu presumptionis velociter ingressus est. Omnes quoque illic intuens fenum secantes requisivit quisnam esset equicius. Mox quoque ut audivit quis esset eum adhuc longe positum aspexit / et immenso timore correptus cepit tremere lassescere seseque ipsum mutato gressu vix posse portare. Qui timens ad dei hominem pervenit ac volutus humiliter eius genua deosculans sermonem suum quod dominus eius ei occurrisse nunciavit. Cui resalutato dei famulus precepit dicens. Leva fenum viride porta pabulum iumentis in quibus venistis. Ecce ego quia parum superest opere expleto te subsequor. Is autem qui missus fuerat iulianus defensor mirabatur valde quidnam esset quod videre redire moraretur puer. Cumque eum revertentem respiceret atque de collo fenum ex prato deferentem Cui vehementer iratus cepit clamare dicens. Quid est hoc? Ego te misi hominem adducere non fenum portare. Cui respondit puer. Quem queris ecce subsequitur. Cum ecce vir dei clavatis calciatus caligis falcem fenariam in collo deferens veniebat. Quem adhuc longe positum puer suo domino quia ipse esset quem quereret indicavit. Idem vero iulianus repente ut vidit dei famulum ex ipso abitu despexit / eumque qualiter deberet alloqui proterva mente parabat. Mox vero ut famulus dei propinquans affuit eiusdem iuliani animum intollerabilis pavor invasit / ita ut tremeret atque ad insinuandum hoc ipsum ad quod venerat vox sufficere lingua potuisset. Cui humiliato mox spiritu ad eius genua cucurrit et orationem pro se fieri petiit / et quia pater eius apostolicus pontifex eum videre vellet indicavit. Vir autem venerabilis equicius cepit immensas gratias omnipotenti deo agere asserens / quod se per summum pontificem gratia superna visitasset. Illico vocavit fratres precepit hora eadem iumenta parari atque executorem suum cepit vehementissime urgere / ut statim exire debuisset. Cui iulianus ait. Hoc fieri nullatenus potest quia lassatus ex itinere hodie non valeo exire. Tunc ille respondit. Contristas me fili quia si hodierna die non egredimur iam crastina non exibimus / dei itaque famulus executoris sui lassitudine coactus in monasterio suo eadem nocte demoratus est. Cum ecce sequenti die sub lucis crepusculo vehemens equo in cursu fatigato / ad iulianum cum epistola puer pervenit / in qua ei preceptum est ne servum dei contingere vel movere de monasterio auderet. Quod cum ille inquireret cur sententia esset mutata cognovit quia nocte eadem / qua ipse illuc executor missus esset est per visum pontifex vehementer fuerat exterritus / cur ad exhibendum dei famulum mittere

presumpsisset. Quem protinus surrexit sequentes venerandi viri omnibus orantibus comedendum ait: Rogat pater noster ne fatigari debeatis. Cumque hoc Dei famulus audisset contristatus ait: Numquid non die hesterno dixi, quia si non statim pergeremus iam pergere non liceret. Tunc pro caritatis exhibitione aliquantulum executores suos in cella retinuit, ei quoque laboris sui commodum reminiscenti quoque dedit. Cognosce igitur Petre in quanta Dei custodia sunt, qui in hac vita se despici noverunt, cum quibus civibus angelis in honore connumerantur, qui despicabiles hominibus esse erubescunt, quia e contrario in Dei oculis iacent, qui apud suos proximorum oculos per inanis glorie appetitum tument. Unde et quibusdam veritas dicit: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem novit corda vestra, quia quod hominibus altum est abhominabile est apud Deum.

Petrus. Miror valde quod de tali viro subripi tanto pontifici potuit.

Gregorius. Quid mirans Petre, quia fallimur qui homines sumus. An mente excidit quod David qui prophetie spiritum habere consueverat contra innocentem Ionathe filium sententiam dedit, et cum verba pueri mentientis audivit. Quod tamen quia per David factum est, et occulto Dei iudicio iustum credimus, et tamen humana ratione qualiter iustum fuit non videmus. Quid ergo mirum si ore mentientium aliquando in aliud ducimur, qui prophete non sumus. Multum vero est quod pontificum mentem presul curarum densitas devastat. Cumque animus dividitur ad multa fit minor ad singula, tanto quoque ei in una qualibet re causa subripitur, quanto latius in multis occupatur.

Petrus. Vera sunt valde que dicis.

Gregorius. Silere non debeo quod de hoc viro abbate quondam meo reverendissimo Valerio enarrante cognovi. Dicebat quoque quia corpus eius dum in beati Laurentii martiris oratorio esset humatum, super sepulturam illius rusticus quidam arcam frumenti posuit, nec quantus qualisque vir illic iaceret pendere ac vereri curavit. Cum repente turbo celitus factus rebus omnibus in sua stabilitate manentibus arcam, que supposita sepulcro eius fuerat, extulit et longe quoque proiecit, ut palam cuncti cognoscerent quanti esset meriti is cuius illic corpus iaceret. Hec autem que subiungo predicti mirabilis viri Fortunati, qui valde mihi etate opere et simplicitate placet, relatione cognovi. Eandem Valerie provinciam Longobardis intrantibus ex monasterio reverendissimi viri Equitii in predicto oratorio ad sepulcrum eius monachi fugerunt. Cumque Longobardi sevientes oratorium intrantes ceperunt eosdem monachos foras trahere, ut eos aut per tormenta dissolverent aut gladiis necarent, unus eorum ingemuit atque acri dolore commotus clamavit: Heu sancte Equiti, placet tibi ut trahamur et non nos defendis? Ad cuius vocem sevientes Longobardos protinus immundus spiritus invasit. Qui in terram corruentes tamdiu vexati sunt, quousque hoc cuncti etiam qui foris erant Longobardi cognoscerent, quatinus locum sacrum temerare ulterius non auderent. Sic quoque vir sanctus dum discipulos defendit, etiam multis postmodum remedium illic fugientibus prestitit.

Quiddam quoque Bonifatii didici relatione quod narro, qui in hac Anconitana urbe per annos multos in monachico habitu degit, ibique vitam non mediocriter religiosam duxit. Hinc etiam quidam nostri provectioris etatis clerici qui eiusdem sunt partibus attestantur. Iuxta eandem namque civitatem ecclesia beati Stephani beati martiris sita est, in qua vir vite mirabilis Constantius nomine mansionarii functus officio deserviebat. Cuius sanctitatis opinio sese ad notitiam hominum longe lateque tetenderat, quia isdem vir funditus terrena despiciens toto mentis adnisu ad sola celestia

flagrabat Quadam vero die dum
in eadem ecclesia oleum deesset et predictus
dei famulus unde lampades accenderet
omnino non haberet / omnes lampades ecclesie
implevit aqua atque ex more in medio
papirum posuit / quas illico allato igne
succendit Sicque aqua arsit in lampadibus
ac si oleum fuisset Perpende igitur petre cuius
meriti iste vir fuit et qui necessitate compul-
sus elementi naturam mutavit Petrus
Mirum est valde quod audio sed velim
noscere cuius humilitatis aput se intus
potuisset iste qui ante excellencie foris fuit
Gregorius Cap quintum
Inter virtutes animi congrue requiris
quia multum valde est quod tempta-
cione sua intus mentem lacessiunt mira
que foris fiunt Sed si huius constancii mi-
rabilis omnino quod facit audis cuius
humilitatis fuit cicius agnoscis Petrus
Postquam factum illius tale miraculum
dixisti suppetit ut me etiam de humilitate me-
tus huius edificetis Gregorius Quia
valde opinio sanctitatis eius excreverat
multum hunc ex adversis provinciis
anxie videre sitiebant Quadam vero
die ex longinquo loco ad videndum eum
quidam rusticus venit / eadem vero hora
casu contigerat / ut sanctus vir stans in
ligneis gradibus reficiendis lampadi-
bus deserviret Erat autem pusillus val-
de et exili forma atque despecta Cumque
is qui ad videndum eum venerat quis-
nam esset inquireret atque obnixe peteret /
ut sibi debuisset ostendi hii qui illum
noverant monstraverunt quis esset Sed
sicud stulte mentis homines meritum ex
qualitate corporis metiuntur eum parvum
atque despectum videns ipsum / hunc esse
cepit omnino non credere In mente enim
rustica inter hoc quod audierat / et vide-
bat quasi facta fuerat quedam rixa
/ et estimabat tam brevem per visionem esse
non posse / que tam ingentem habuerat
per opinionem tamen ipsum esse dum a

pluribus fuisset astructum despexit
et irrisit dicens Ego hunc grandem ho-
minem credidi iste autem de homine nichil
habet Quod ut vir dei constancius audiuit
lampades quas reficiebat protinus letus
dimisit concitus descendit / et atque in e-
iusdem rustici amplexum ruit eumque
ex amore nimio constringere cepit bra-
chiis osculari / magnasque gracias agere
quod de se talia iudicasset dicens Tu solus
es qui in me oculos apertos habuisti
Ex qua re pensandum est cuius aput
se humilitatis fuit qui despicientem se
rusticum amplius amat Qualis enim
quisque aput se lateat contumelia illa-
ta probat Nam sicud superbi honoribus
sic plerumque humiles sua despectione
exultant Cumque se in alienis oculis
aspiciunt vilescere gaudent quia hoc in
dicium confirmari intelligunt quod de se
et ipsi aput semetipsos habuerunt Pe-
trus Ut agnosco vir iste magnus
foris fuit in miraculis sed maior intus
in humilitate Gregorius Cap vi
Eiusdem quoque anthoniatine an-
tistes ecclesie vir vite venerabilis
marcellinus fuit / cuius gressum dolore
nimio podogra contraxerat cumque fa-
miliares sui sic ubi necesse fuit in ma-
nibus ferebant Quadam vero die per
culpam incurie eadem civitas anchona-
nitana succensa est Cumque vehementer
arderet cucurrerunt omnes ut ignem extin-
guerent Sed illis aquam certatim proice-
tibus ita crescebat flamma ut iam toti
urbis interitum minari videretur Cumque
propinquiora sibi queque loca ignis inva-
deret iamque urbis partem non modicam
consumpsisset / et obsisteret nullus valeret
deductus in manibus / venit episcopus et tan-
piculi necessitate expulsus familiaribus
suis se portantibus precepit dicens Ante
ignem me ponite Quod et ita factum est
atque in eo loco est positus ubi tota vis
flamme vibe videbatur incumbere Ce-

pit autem miro modo in semetipso
incendium retorqueri / ac sibi restitutus
sui impetus exclamare se coepit tusie
non posse. Sic quoque factum est ut flamma
incendii illo termino refrenata in se-
metipsam frigesceret / et contingere
ultius quidquam edificii non auderet /
Pensabis petre cuius sanctitatis fuit
eximium hominem resedere et exorando
flammas premere. **Petrus** Et
pendo et vehementer obstupesco

Gregorius Cap vii

Nec ultimo nunc loco tibi aliquid
narrabo quod et viri mirabilis
maximiani cognovi episcopi / et laurio-
nis quem nosti veteranum monachi qui
uterque nunc usque superest relatione
cognovi. Nam scilicet laurio in eo
monasterio quod iuxta nepessinam
urbem sub pentoma vocatur / ab ana-
stasio sanctissimo viro nutritus
est. Nam nimirum anastasius vite mi-
rabilis nonnoso preposito monasterio /
quod in soractis monte situm est / pro-
pinquitate loci et morum magnitudine
et nutrientis virtutum studiis assidue
iungebatur. Isdem vero nonnosus
sub asperrimo sibi monasterii degebat
patre / sed eius mores mira equanimitate
tolerabat / sic quoque fratribus in man-
suetudine preerat ut crebro patris
iracundiam ex humilitate mitigaret.
Prima vero eius monasterium in summo
montis cacumine situm est / ad quod licet pro
hortum fratribus extollendum / nul-
la planicies patebat. Unus autem bre-
vissimus locus in latere montis exc-
reverat / quem ingenti saxi naturalis
egrediens moles occupabat. Quadam
die dum nonnosus vir mirabilis
cogitaret / quod saltem ad condimenta
olerum nutrienda locus isdem apta
potuisset existere / sed hunc moles saxi
illius non teneret / occurrit animo
quia eandem molem quinquaginta
boum paria movere non possent. Et
quoque de humano labore esset facta de-

speratio ad divinum se solatium contulit. Seque
illic nocturno silencio in oratione dedit. Ad
mane facto ad eundem fratres venientes lo-
cum / atque invenerunt molem tante magni-
tudinis / ab eodem loco longius recessisse
suo quoque recessu largum fratribus spatium
dedisse. Alio quoque tempore cum isdem
mirabilis vir lampades vitreas ora-
torio lavaret / una ex eis de manibus
accidit que per innumeras partes fracta desi-
lit. Qui vehementissimum patris mona-
sterii furorem timens lampadis omnia
protinus fragmenta collegit atque ad al-
tare posuit / seseque in oratione cum gemi-
tu dedit. Cumque ab oratione caput levaret
sanam lampadem repperit quam timens
per fragmenta collegerat. Sic quoque in duobus
miraculis duorum patrum est virtutes
imitatus in mole saxi / scilicet factum gregorii /
qui montem movit / in reparatione vero
lampadis virtutem donati / qui fractum
calicem pristine incolumitati restituit.

Petrus Habemus ut video de
exemplis veteribus nova miracula

Gregorius Vis ne aliquid de
operatione nonnosi de imitatione quoque
helisei cognoscere. **Petrus** Volo
atque inhianter cupio. **Gregorius**

Cum quadam die in monasterio
vetustus oleum deesset / iamque colligende
olive tempus incumberet / sed frumento
in olivis nullus appareret / visum patri
monasterii fuerat / ut circumquaque fratres in col-
ligendis olivis ad exhibenda extranea
opera pergerent / quatinus ex mercede sui operis
aliquantulum monasterio oleum deportarent /
quod vir dei nonnosus fieri cum magna hu-
militate prohibuit / ut ne exeuntes fratres
ex monasterio dum lucra olei quererent
animarum dampna paterentur. Sed quia in
monasterii arboribus olive pauce in ca-
cumine videbantur eas colligi / precepit atque
in prelo mitti / et quamlibet parum olei exi-
re potuisset sibimet deferri / Factumque
est ut susceptum in uno vasculo pro-

olei inferens nonnoso dei famulo
detulerunt / quod ipse primus ad altare
posuit cunctis que egredientibus orat/
atque a fratribus post modum fratribus pre
cepit / ut hoc quod detulerant oleum
levarent et per cuncta vasa mona
sterii exigue fundendo dividerent / quatenus
benedictione eiusdem olei omnia va
sa infusa viderentur. Que primus
ut erant vacua claudi fecit. Die autem
alia aperta vasa omnia plena reperta sunt

petrus Probamus igitur usque
hodie impleri verba veritatis que ait
pater meus usque modo operatur et ego ope
ror. Gregorius Cap viii

viii Eodem quoque tempore venerandus
vir Anastasius cuius superius
memoriam feci sancte romane ecclesie
cui deo auctore deservio notarius
fuit / qui soli deo vacare desiderans scrinium
deseruit / monasterium elegit / atque in eo loco
quem prefatus sum qui Subpentonia
vocatur per annos multos in sanctis
actibus vitam duxit / eique monasterio so
lerti custodia prefuit. Quo videlicet in
loco ingens desuper rupis eminet et
profundum subter precipicium patet.
Quadam autem die cum iam omnipotens
deus eius venerabilis viri Anastasii la
bores remunerare decrevisset ab alta ru
pe vox facta est que producto sonitu
clamaret dicens Anastasi veni. Quo vo
cato alii quoque vii fratres ex nomine sunt
vocati. Pro quo autem momento ea que
fuerat vox emissa siluit et octavum
fratrem vocavit. Quam dum aperte vo
ces congregatio audisset dubium non
fuit quia eorum qui vocati fuerant
obitus appropinquasset. Inter paucos vero
dies primus venerandus vir Anastasius
ceteri autem in eo ordine ex carne educti
sunt quo de rupis vertice fuerant
vocati. Frater vero ille ad quem vocando
vox parum siluit / atque eum ita nominat
morientibus aliis paucis diebus vi
xit / et tunc vitam finivit ut aperte mon
straretur quia interiectum vocis silencium
per vivendi prolixum spacium signavit.
Sed mira res contigit quia dum vene
rabilis vir Anastasius de corpore exi
ret / erat quidam frater in monasterio qui
super eum vivere nolebat. Provolutus vero
eius pedibus cepit ab eo cum lacrimis
postulare dicens. Per illum te adiuro
ad quem vadis ne septem dies super
te in hoc mundo faciam. Ante cuius septimum
diem etiam ipse defunctus est qui tamen
in illa nocte inter ceteros non fuerat
vocatus / ut aperte claresceret quia eius
obitum sua venerabilitas venerabilis
anastasii intercessio optinere potuisset

petrus Cum idem frater inter
ceteros evocatus non est / et tamen sancti
beati viri intercessionibus ex hac luce
subtractus est / quid aliud datur in
telligi nisi / quod hii qui ex hac luce sub
tractus est aput deum magni meriti
sunt obtinere aliquando possunt ea
etiam que non sunt predestinata Gregorius

de predestinacione Obtineri nequaquam possunt que predesti
nata non fuerint / sed ea que sancti viri
orando efficiunt / ita predestinata sunt
ut precibus obtineantur. Nam ipsa quoque
perhennis regni predestinacio ita est
ab omnipotente deo disposita / ut ad hoc
electi ex labore perveniant / quatinus po
stulando mereantur accipere / quod eis
omnipotens deus ante secula disposuit donare

de predestinacione petrus Probari michi apercius
velim si potest predestinatio precibus
adiuvari Gregorius Hoc quod
petre intuli petre concite valet probari
valet. Certe etenim nosti quia ad ab
raham dominus dixit. In ysaac vocabitur
tibi semen. Cui etiam dixerat patrem
multarum gencium constitui te. Cui
rursum promisit dicens benedicam
tibi et multiplicabo semen tuum sicut
stellas celi / et velud arenam que est in
littore maris. Ex qua re aperte constat
quia omnipotens deus abrahe multiplicare
re per ysaac predestinaverat / et tamen scriptum est

deprecatus est ysaac dominum pro uxore sua eo quod esset sterilis qui exaudivit eum dedit quod conceptum rebecce. Si igitur multiplicatio generis abrahe per ysaac predestinata fuit cur coniugem sterilem accepit. Sed nimirum constat quia predestinatio precibus impletur quando is in quo deus multiplicari semen abrahe predestinaverat oratione obtinuit ut filios habere potuisset. **Petrus** Quia secretum rationis aperuit nichil michi dubietatis remansit. **Gregorius** Si vis tibi aliquid de tuscie partibus narrem ut cognoscas quales in ea viri fuerint et omnipotenti dei noticie quantum propinqui. **Petrus** Volo atque hoc omnimodo exposco. **Gregorius**

Capitulum IX

Fuit vite vir vite venerabilis bonifatius nomine qui in ea civitate que ferentis dicitur episcopatus officia que tenuit moribus implevit. Huius multa miracula is qui adhuc superest gaudentius presbiter narrat qui in eius obsequio nutritus est tantoque valet de illo quoque verarius dicere quanto ei contigit eis interesse. Huius ecclesie gravis valde paupertas inerat que bonis mentibus solet esse custos humilitatis nil quod ad omne aliud stipendium nisi unam tantummodo vineam habebat. Que quadam die ita grandine irruente vastata est ut in ea in paucis vitibus vix pauci racemi remanerent. Quam cum reverendissimus vir predictus bonifatius episcopus fuisset ingressus magnas omnipotenti deo gratias retulit quod in ipsa sua inopia adhuc se se angustiari cognovit. Sed cum iam tempus exigeret ut ipsi quoque racemi qui remanserant maturescere potuissent custodem vinee ex more posuit eumque

spoliati violentia vigilantia servari precepit. Quadam vero die iussit constantio presbitero nepoti suo ut cuncta vini vascula in episcopio omniaque dolea ita ut ante consueverat superfusa pice prepararet. Quod cum nepos illius presbiter audiret admiratus valde est quod quasi non sana mente preciperet ut vini vascula parari faceret qui vinum minime haberet nec tamen presumpsit inquirere cur talia iuberet sed iussis obtemperans omnia ex more paravit. Tunc vir dei vineam ingressus racemos collegit ad calcatorium detulit omnesque exinde exire precepit solusque ibi cum uno puerulo parvo remansit. Quem in eodem calcatorio posuit et calcari ipsos paucissimos racemos fecit. Cumque ex eisdem racemis parum aliquid vini defluere cepisset hoc vir dei suis manibus in parvulo vase suscipere et per cuncta dolea omniaque vasa que parata fuerant pro benedictione dividere ut ex eodem vino omnia vix vascula infusa viderentur. Cum vero ex liquore parum vini aliquid in vasis omnibus misisset vocato presbitero protinus iussit presbiteros adesse et tunc cepit vinum in calcatorio crescere ita ut omnia que allata fuerant pauperum vasa impleret. Quibus cum se ydonee satis fecisse conspiceret ex calcatorio puerum iussit ascendere apothecam clausit atque impresso signo suo munitam reliquit moxque ad ecclesiam rediit. Tercio vero die predictum constantium presbiterum vocavit et oratione facta apothecam aperuit et vasa in quibus tenuissimum liquorem fuderat ubertim vinum fundentia invenit ita ut pavimentum omne excrescentia vina inundarent si adhuc episcopus tardius intrasset. Tunc terribiliter presbitero precepit ne quousque ipse in corpore viveret hoc miraculum cuilibet indicaret videlicet pertimescens ne in virtute facti humano favore pulsatus inde intus inanesceret

Unde foris homo magnus apparet exemplum celestis magistri sequens, qui ut nos ad viam humilitatis introduceret de semetipso discipulis precepit dicens, ut ea que vidissent nemini dicerent quousque filius hominis a mortuis resurrexisset.

Petrus Quia occasio apta se prebuit libet inquirere, quid nam sit quod redemptor noster cum duobus cecis lumen reddidit, iussit ut nemini dicerent, et illi abeuntes diffamaverunt eum per totam terram illam. Numquid nam unigenitus filius patri et sancto spiritui coeternus, hac in re velle habuit quod non potuit implere, ut miraculum quod taceri noluit minime potuisset abscondi?

Gregorius Redemptor noster per mortale corpus omne quod egit, hoc nobis in exemplo actionis prebuit, ut pro nostrarum virium modulo eius vestigia sequentes, inoffenso pede operis presentis vite carpamus viam. Miraculum namque faciens et tacere iussit, et tamen taceri non potuit, ut videlicet electi eius exempla doctrine sequentes, illud in magnis que faciunt latere quidem in voluntate habeant, sed ut prosint aliis prodantur inviti, quatinus et magne humilitatis sit quod sua opera taceri appetunt, et magne utilitatis sit quod eorum opera taceri non possunt. Non ergo dominus voluit quicquam fieri et minime potuit, et quid velle eius membra debeant, quidve de eis etiam nolentibus fiat, doctrine magisterio exemplum dedit.

Petrus Placet quod dicis.

Gregorius

Capitulum X

Hec adiungere pauca aliqua que de bonifacii episcopi opere suscepimus quia eius memoriam festiua exequamur.

Alio quoque tempore beati proculi martiris natalicius propinquabat dies, quo in loco vir nobilis fortunatus nomine manebat, qui magnis precibus ab eodem venerabili viro postulavit, ut cum eo apud beatum martirem missarum sollempnia agi et ad benedictionem dandam in suam domum declinaret. Vir autem dei negare non potuit quod ab eo ex fortunati mente caritas poposcit. Peractis igitur missarum sollempniis cum ad predicti fortunati mensam venisset, priusquam deo ymnum diceret, sicut quidam ludendi arte solet victum querere, repente ante ianuam cum simea astitit et cimbala percussit. Quem sanctus vir sonitum audiens dedignatus dixit: Heu heu mortuus est miser iste, mortuus est miser iste. Ergo ad mensam refectionis veni, os ad laudem dei non aperui, et ecce cum simea veniens cimbala percussit. Subiunxit tamen atque ait: Ite et pro caritate ei cibum potumque tribuite, scitote tamen quia mortuus est. Qui infelix vir dum panem atque vinum ex eadem domo percepisset, egredi ianuam voluit, sed saxum ingens subito de tecto cecidit eiusque in verticem venit. Ex qua percussione prostratus in manibus iam semivivus levatus est. Die vero altero secundum viri dei sententiam funditus finivit vitam. Qua in re petre pensandum est quantus sit sanctis viris timor exhibendus, templa enim sunt dei, et cum ad iracundiam sanctus vir trahitur, quis alius ad irascendum nisi templi inhabitator excitatur? Tanto ergo metuenda est ira iustorum, quanto et constat quia in eorum cordibus ille presens est, qui ad inferendam ultionem quam noluerit invalidus non est.

Alio quoque tempore predictus constancius presbiter nepos eius equum suum vendidit duodecim aureis, quos in suam archam ponens, ad exercendum aliquod opus discessit. Tunc subito ad episcopum pauperes venerunt, qui importune precabantur ut eis sanctus vir

Bonifacius episcopus ad consolationem sue inopie aliquod largiri debuisset aliquid. Sed vir dei quia quod tribueret quod tribueret non habebat, estuare cepit in cogitatione ne ab eo pauperes vacui exirent. Cum repente ad memoriam rediit quia Constantinus presbiter nepos eius equum quem consueverat sedere vendidisset, atque hoc ipsum pretium in archa sua haberet. Absente igitur eodem suo accessit ad archam, et pie molestus claustra arche comminuit, xii aureos tulit, eosque indigentibus ut placuit dedit dimisit quod divisit. Itaque Constantinus presbiter reversus ex opere archam fractam repperit, et caballi sui pretium quod posuerat non invenit. Cepit magna voce perstrepere, et cum furore nimio clamare: Omnes hic vivunt, solus ego in hac domo vivere non possum. Ad cuius voces advenit episcopus omnesque qui cum eodem episcopo adherant. Cumque eum vir dei locutione blanda temperare voluisset, cepit ille cum iurgio inde dicens: Omnes tecum vivunt, solus ego morior, hic ante te vivere non possum. Redde mihi solidos meos. Quibus verbis commotus episcopus beate Marie semper virginis ecclesiam ingressus est, et elevatis manibus extenso vestimento stando cepit exorare, ut ei redderet unde furentis presbiteri insaniam mitigare posset. Cumque subito oculos ad vestimentum suum inter extensa brachia reduxisset, repente in sinu suo duodecim aureos invenit, ita fulgentes tamquam si ex igne producti eadem hora fuissent. Qui mox de ecclesia egressus eos in sinum furentis presbiteri proiecit dicens: Ecce habes solidos quos quesisti. Sed hoc tibi notum sit quia post mortem tuam huius ecclesie episcopus non eris propter avaritiam tuam.

Ex qua sive veritate colligitur quod eosdem solidos pater presbiter pro adipiscendo episcopatu preparabat, sed viri dei sermo prevaluit, nam idem Constantinus in presbiteratus officio vitam finivit. Alio quoque tempore duo ad eum Gothi hospitalitatis gratia venerunt, qui Ravennam se festinare professi sunt. Quibus ille parvum vas ligneum vino plenum manu sua prebuit, quod fortasse in prandio itineris habere potuissent. Ex quo illi usque dum Ravennam pervenirent biberunt. Gothi aliquantis autem diebus in eadem civitate morati sunt, et vinum quod a sancto viro acceperunt quotidie in usum habuerunt. Sicque usque ad eundem venerabilem presulem [illegible] reversi sunt, ut nullo die cessarent bibere, et tamen eis vinum ex illo vasculo ligneo, quod episcopus dederat, non augeretur sed nasceretur. Nuper quoque de eiusdem loci partibus senex quidam, qui ea que de illo narrat silentio non sunt premittenda. Nam dicit quod quadam die ingressus ortum magna hunc eruce multitudine esse invenit coopertum. Cum omnes olus deperire conspiciens ad easdem erucas conversus dixit: Adiuro vos eruce in nomine domini nostri Jhesu Christi recedite hinc atque hec olera comedere nolite. Que statim ad viri dei verbum ita omnes egresse sunt ut nec una quidem intra spacium orti remaneret. Sed quid mirum si hec de episcopatus tempore eius narramus, quando iam agit ut omnipotenti deo ordine simul et moribus teneat, dum illa magis miranda sint, que cum hic senex clericus adhuc puerulum fecisse testatur. Nam ait quod eo tempore quo cum matre sua puer habitabat, egressus hospicium aliquando sine linea, crebro etiam sine tunica revertebatur, quia mox ut nudum quempiam repperisset vestiebat, hunc se expolians, ut se ante oculos dei illius

mercede vestiret Que nimirum sua freque
ter mater parvum increpans quod iustum non
esset ut ipse inops pauperibus vestimen
ta largiretur Que die quadam orreum
ingressa pene omne triticum quod sibi
in stipendium totius anni paraverat in
venit a filio suo pauperibus expensum
Cumque semetipsam alapis pugnisque
tunderet quod quasi anni subsidia
perdidisset supervenit bonifatius puer
dei eamque quibus verbis valuit consolari
cepit Que cum nullis consolationibus acquiesce
ret rogavit ut ab horreo exire
debuisset in quo ex omni eorum tritico
parum quid inventum est remansisse
Puer autem dei se illic protinus in orationem
dedit Qui post paululum egressus re
duxit matrem suam ad orreum Quod ita
tritico plenum inventum est sicut plenum
antea non fuerat cum mater illud ex to
tius anni sumptibus se congregasse gau
debat Quo in ipso miraculo compuncta
mater ipsa iam cepit agere ut daret qui
sic celeriter posset que petisset accipere
Hec itaque in hospicii sui vestibulo
gallinas nutrire consueverat sed eas
ex vicino vulpis veniens aufe
rebat Quadam autem die dum in eodem
vestibulo puer bonifatius staret vul
pis ex more solito venit et gallinas
abstulit Ipse autem concito ecclesiam intra
vit et se in orationem prosternens apertis
vocibus dixit Placet tibi domine ut de
nutrimento matris mee manducare non
possim Ecce enim gallinas quas nu
trit vulpis comedit Qui ab oratione
surgens ecclesiam egressus est Mox autem
vulpis rediit et gallinam quam tenebat
ore dimisit atque ipsa moriens ante
eius oculos in terram cecidit Pe
trus Valde mirum est ut exaudire
preces in se sperantium etiam in rebus
vilibus dignatur deus Gregorius

Hoc petre ex magna conditoris nostri
dispensatione agitur ut per minima que
percipimus sperare maiora debeamus Ex
auditus namque est in rebus vilibus
puer sanctus et simplex ut in parvis
disceret quantum de deo presumere in magnis
petitionibus deberet Petrus Pla
cet quod dicis Gregorius Alius
quoque vite venerabilis in eisdem
partibus fuit fortunatus nomine tudertine
ecclesie antistes qui in effugandis
spiritibus immundis immense virtutis
gratia pollebat ita ut nonnumquam ab ob
sessis corporibus legiones demonum
pelleret et continue orationis studio intentus
obiectas contra se eorum multitudines
superaret Huius viri familiarissimus fuit
Iulianus nostre ecclesie defensor qui non
longum tempus in hac urbe defunctus
est Unde ego quoque hoc didici relatione
quod narro quia sepe gestis illius ex ipsa
familiaritatis coniunctione intererat eiusque postmodum
memoriam ad instructionem nostram quasi
favum dulcedinis in ore retinebat Ma
trona quedam nobilis in tuscie
partibus habebat nurum que intra breve
tempus quo filium eius acceperat cum ea
socru sua ad dedicationem oratorii beati
stephani martiris fuerat invitata Nocte vero
eadem qua subsequente die ad dedicationem
beati oratorii fuerat processura voluptate
carnis seducta a viro suo se se abstinere
non potuit Cumque mane facto conscientiam
deterret perpetrata carnis delectatio processio
nem imperaret verecundia plus erube
scens vultum hominum quam dei iudicium me
tuens cum socru sua ad dedicationem ora
torium processit Mox vero ut reliquie beati
sebastiani martiris oratorium sunt ingresse
eandem predicte matrone nurum spiritus
malignus arripuit et coram omni populo
vexare cepit Eiusdem vero oratorii

presbiter domum hanc vehementissime conspiceret vexari exaltavit, protinus sindonem tulit eamque cooperuit. Sed huic repente simul diabolus invasit, et quia contra vires voluit, etiam ipse compulsus est cognoscere in sua vexatione quid esset. Hii autem qui aderant puellam in manibus levatam sublatam ad domum propriam deportaverunt. Cumque hanc antiquus hostis vexatione continua atteret, propinqui sui eam carnaliter amantes atque amando persequentes ad obtinendum remedium salutis maleficis tradiderunt, ut eius animam funditus extinguerent, cuius carnem magicis artibus ad tempus prodesse conarentur. Ducta itaque est ad fluvium atque in aquam mersa, ibique diutius incantationibus maleficia agere moliebantur, ut is qui eam invaserat diabolus exiret. Sed miro omnipotentis dei iudicio, dum perversa arte ab ea unus repellitur, in eam subito legio intravit. Cepit exhinc illa tot motibus agitari, tot vocibus clamoribusque perstrepere quot spiritibus tenebatur. Tunc inito consilio parentes eius sue perfidie culpam fatentes hanc ad virum dei venerabilem Fortunatum episcopum duxerunt eique reliquerunt. Qua ille suscepta multis diebus ac noctibus orationi se dedit, tanto quoque ad ipsum precibus incubuit, quanto et in uno corpore contra se assistere legionis aciem invenit. Cuius non post multos dies ita sanam ac incolumem reddidit ac si in ea ius proprium diabolus numquam habuisset. Alio quoque tempore isdem vir omnipotentis dei famulus ex obsesso quodam homine immundum spiritum excussit. Qui malignus spiritus cum vesperascente iam die secretam ab hominibus horam cerneret, peregrinum quempiam esse se simulans circuire cepit civitatis plateas et clamare: O virum sanctum Fortunatum episcopum, ecce quid fecit. Peregrinum hominem de hospicio suo expulit. Quero ubi requiescere debeam et in civitate eius non invenio. Tunc quidam in hospicio cum uxore sua et parvulo filio ad prunas sedebat. Cuius vocem audiens et quid ei episcopus fecerit requirens hunc invitavit hospicio, sedere secum iuxta prunas fecit. Cumque vicissim aliqua confabularentur, parvulum eius filium idem malignus spiritus invasit atque in easdem prunas proiecit, ibique mox eius animam excussit. Qui orbatus miser vel quem ipse suscepisset vel quem episcopus expulisset agnovit.

Petrus. Quid namque hoc esse dicimus, ut occidendi ausum in eius hospicio antiquus hostis acciperet, qui hunc peregrinum estimans ad se hospitalitatis gratia vocasset?

Gregorius. Multa petre videntur bona sed non sunt, quia bono animo non fiunt. Unde et in ewangelio veritas dicit: Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Quia cum perversa est intentio que precedit, pravum est omne opus quod sequitur, quamvis rectum videatur. Ego namque hunc virum, qui dum quasi hospitalitatem exhiberet orbatus est, non pietatis opere delectatum estimo, sed episcopi derogatione. Nam pena subsequens innotuit, quia precedens illa susceptio sine culpa non fuit. Sunt namque nulli qui idcirco bona opera facere student, ut gratiam aliene operationis obnubilent, nec pascuntur bono quod faciunt, sed laude boni quia ceteros prevenit. Qua de re existimo hunc virum, qui malignum spiritum in hospitalitatem suscepit, ostentationi potius intendisse quam operi, ut meliora quam episcopus fecisse videretur, quatinus ipse susciperet eum quem vir domini Fortunatus expulisset.

Petrus. Ut dicitur ita est. Nam finis operis probat quod munda intentio in operatione non fuerit.

Gregorius. Alio quoque tempore dum oculorum quidam lumine amisisset

De diabol detractoribus

ad hunc deductus intercessionis eius
opem petiit et impetravit Nam cum vir
dei oratione facta eius oculis signum crucis
impressisset / ab eius protinus oculis luce
reddita nox cecitatis abscessit / Preterea
equus cuiusdam militaris in rabiem
fuerat versus / ita ut a multis teneri
vix posset Sed quoscumque potuisset in-
vadere eorum membra morsibus dilania
ret Tunc ut cumque a multis ligatus
ad virum dei deductus est Qui mox
eius capiti extensa manu signum crucis
edidit / cunctamque eius rabiem in man
suetudinem mutavit / ita ut mitior
tunc existeret quam ante illam vesaniam
fuisset Tunc idem miles equum suum quem
celerrimo miraculo conspicit a sua vesa
nia indissimili immutatum / eidem sancto
viro decrevit offerendum Quem cum suscipe
ille renueret / ipse vero in precibus ne des
piceretur eius oblatio perseveraret
Sanctus vir mediam ducens prin
viam tenens et petitionem militis
militis audivit / et munus suscipere
pro exhibita virtute non recusavit / prius
namque dignum precium prebuit / et post
equum qui sibi offerebatur suscepit Que
Quia enim si susciperet eum contristari
conspexerat caritate cogente emit quod
necessarium non habebat Neque hoc silere
de huius viri virtutibus debeo quod ante
dies fere .xii. agnovi Quidam namque
ad me adductus est senex pauper / atque
ut michi senum collocucio esse semper
amabilis solet studiose hunc unde esset
inquisivi Qui se de Tudertina civitate
esse respondit Cui inquam Queso te pater For
tunatum episcopum novisti Qui ait
Noveram et bene noveram Tunc ipse subiunxi
Dic rogo te si qua illius miracula co
gnovisti / et desideranti michi qualis
vir fuit innotesce Qui ait homo ille
longe fuit ab istis hominibus quos
videmus modo Nam quicquid ab omni

potente deo petiit ita dum peteret
impetravit Cuius hoc unum narro
miraculum quod ad presens animo occurrit
Quadam namque die Gothi iuxta Tuder
tinam civitatem venientes / cum ad partes
Ravenne pergerabant sed duos parvulos
puerulos de possessione abstulerant /
que possessio Tudertine civitati sub
iacebat / Hoc cum viro sanctissimo
nunciatum fuisset / protinus per misit
atque eosdem gothos ad se fecit evocari
Quos blando sermone alloquens eorum
prius studuit asperitatem placare ut
post intulit dicens Quale vultis pre
cium dabo et puerulos quos abstulistis
reddite Michi que hoc vestre gratie mu
nus prebete Tunc is qui prior eorum
esse videbatur respondit dicens Quicquid
alius precipis facere parati sumus / nam
istos pueros puerulos nullatenus
reddimus Cui venerandus vir blande
minatus est dicens Contristas me si
non audis patrem tuum Noli me contristare
ne non expediat tibi Sed idem gothus
in cordis sui feritate permanens negando
discessit Die vero altera discessurus
missus ad episcopum venit Quem eisdem
verbis pro predictis puerulis iterum
episcopus rogavit Cumque ad reddendum
nullo modo consentire voluisset cont
status episcopus dixit Scio quia tibi non
expedit quod me contristato discedis Que
gothus verba despexit atque / atque ad
hospicium reversus eosdem pueros de quibus
agebatur equis superimpositos cum
suis hominibus premisit / Ipse vero statim
ascendens equum subsecutus est Cumque
in eadem civitate ante beati petri apostoli
ecclesiam venisset / equo eius pes lapsus
est Qui cum eo corruit et eius mox coxa
confracta est ita ut in duabus partibus
os eius esset divisum Tunc levatum in
manibus deductus est in hospicium

Cum festinacione misit et pueros quos pre
miserat reduxit et viro venerabili For
tunato mandavit dicens Rogo te pater
mitte ad me diaconum tuum Cumque
diaconus eius ad iacentem venisset pue
ros quos redditurus esse se episcopo omnino nega
verat / ad medium deduxit eos / et diaco
no reddidit dicens Vade dic domino
meo episcopo quia maledixisti maledixisti mi
chi percussisti me Sed ecce pueros quos quesi
sti recipite et pro me rogo intercedite
Susceptos itaque pueros ad episcopum diaconus
reduxit Cui benedictam aquam venerabilis
Fortunatus statim dedit dicens Vade ci
cius et eam super iacentis corpus proice
Perrexit itaque diaconus atque ad Gothum
introgressus benedictam aquam super
membra illius aspersit Res mira et ve
hementer stupenda mox ut aqua benedicta
Gothi corpus contigit / ita omnis fractura
solidata est / et saluti pristine tota re
stituta est / ut hora eadem de lecto surgeret
et ascenso equo / ita ceptum iter ageret /
ac si nullam umquam lesionem corporis pertuli
sset Factumque est ut qui sancto viro For
tunato pueros nec precio addictus obedire
subiectus / noluit eos sine precio pena sub
actus daret His ergo expletis stude
bat adhuc senex de eo et alia narrare
Sed quia non nulli aderant ad quos ex
ortandos occupabar michi audire non
licuit que audire si liceat semper volo
Sed die alio isdem senex rem de illo ma
gis adhuc mirabilem narravit dicens
In eadem Tudertina urbe Marcellus
quidam bone actionis vir cum duabus sororibus
suis habitabat / qui eveniente molestia
corporis / ipso sacratissimo vespere
iam sabbato pascali defunctus est / Cuius
corpusculum cum longius esset deferendum die
eodem sepeliri non potuit Cumque mora
esset temporis ad explendum debite sepulture
sorores eius morte illius afflicte cucurrerunt /
flentes ad venerabilem Fortunatum eique magnis
vocibus clamare ceperunt Scimus quia apostolorum

vitam tenes leprosos mundas cecos illuminas
veni et resuscita mortuum nostrum Cui mox
ut fratrem eorum cognovit defunctum flere cepit
ipse de morte illius cepitque eis quia videretur d.
Recedite et hoc dicere nolite quia iussio om
nipotentis dei est cui contradicere nullus hominum potest
Illis itaque discedentibus tristis ex morte
eius mansit episcopus Subsequenti autem die do
minico ante exsurgentis lucis crepusculum
vocatis duobus suis diaconibus / perrexit ad
domum defuncti / et accessit ad locum ubi ia
cebat corpus exanime ibique se in orationem
dedit Expleta autem prece surrexit et iuxta
corpus defuncti sedit Non autem grandi vo
ce defunctum vocavit dicens per nomen Frater
Marcelle veni Ille autem ac si leviter dor
miens ad vicinam vocem cuius modica sus
surri excitatus statim oculos aperuit / atque ad epi
scopum respiciens dixit Quid fecisti o quid
fecisti Cui episcopus respondit dicens Quid feci
Ad quem ille ait Duo hesterna die venerunt qui me
eicientes de corpore in bonum locum duxe
runt Hodie autem unus missus est qui
ait Reducite eum quia Fortunatus episcopus
in domum eius venit Quibus expletis
verbis mox ex infirmitate convaluit et
in hac vita diutius mansit Nec tamen
credendum est quia locum quem acceperat
perdidit / quia dubium non est quod intercessoris
sui precibus potuit post mortem melius
vivere / qui ante mortem studuit omnipotenti
deo placere Sed cur multa de eius vita di
cimus cum nunc usque ad corpus illius tot
virtutum documenta teneamus Demoni
acos vero absolvere egros curare quotiens
ex fide petitur / ut vivens consueverat hoc
indesinenter facere et apud mortua sua
ossa perseverat Sed libet Petre adhuc Va
lerie provincie partes narrando mee va
reducere De quibus me cuncta valde mi
rabilia ex ore venerabilis Fortunati / cuius longe
memoriam superius feci contigit audisse Qui
crebro huc usque veniens ad me / dum facta
michi veterum narrat nova refectione me sa
ciat Capitulum XI

xi Quidam namque in eadem provincia Marturius nomine devotus valde omnipotenti dei famulus fuit. Qui hoc de virtutis sue testimonio signum dedit. Dum quadam die fratres illius subcinericium panem fecissent ei que obliti crucis signum imprimere, sicud in hac provincia cruda panes ligno signari solent, ut per quadras quatuor partiti videantur, isdem dei famulus affuit, eis que refferentibus signatum non fuisse cognovit. Cum iam panis ille in prunis esset et cineribus coopertus dixit: Quare hunc non signastis? Qui hoc dicens signum crucis digito contra prunas fecit. Quo signante protinus immensum crepitum faciens panis dedit, ac si ingens in ignibus offa crepuisset olla. Qui dum coctus postmodum fuisset ab igne subtractus, ea cruce signatus inventus est quam non tactus sed fides fecerat.

Capitulum XII

xii In eodem etiam loco intercina vallis dicitur, que a multis verbo rustico interorina nominatur, in qua erat quidam vir vite valde venerabilis nomine Severus, ecclesie beate Marie dei genitricis et semper virginis sacerdos. Hunc cum quidam pater familias ad extremum perveniens diem misit concite nuntiis rogavit, ut ad se quantocius veniret suis que orationibus pro peccatis eius intercederet, ut acta de malis suis penitentia solutus culpa de corpore exiret. Quem videlicet sacerdotem in opere vinee contigit, ut ad amputandam vineam esset occupatus atque ad se venientibus diceret: Antecedite, ecce ego vos subsequor. Cumque videret sibi in eodem opere parum aliquid superesse, paululum moram fecit, ut opus quod minimum restabat expleret. Quo expleto cepit egrum pergere. Euntem autem illo in itinere occurrentes ei, qui prius venerant, obviam facti sunt dicentes: Quare tardasti pater? Noli fatigari quia mortuus est. Quo audito ille contremuit magnis que vocibus se interfectorem illius clamare cepit, flens ita que pervenit ad corpus defuncti, se se que in orationem coram lecto illius cum lacrimis in terram dedit. Cumque vehementer fleret, in terram caput tunderet, se reum mortis illius clamaret, repente is qui defunctus fuerat animam recepit. Quod dum multi qui circa stabant aspicerent, admirationis vocibus emissis ceperunt amplius pre gaudio flere. Cumque eum requirerent ubi fuit vel quando rediisset, ait: Tetri valde erant homines, qui me ducebant, ex quorum ore ac naribus ignis exibat, quem tollerare non poteram. Cumque per obscura loca me ducerent, subito pulchre visionis iuvenis cum aliis euntibus nobis obviam factus est, qui me trahentibus dixit: Reducite illum quia Severus presbiter plangit. Eius enim eum dominus lacrimis donavit. Qui scilicet Severus protinus de terra surrexit atque penitentiam agenti ope sue intercessionis prebuit. Et dum per dies septem de perpetrate culpe eger redivivus penitentiam ageret, octavo die letus de corpore exivit. Pende queso quam de quo loquimur Severum quem dilectum sibi dominus ostendit, quem contristari nisi ad modicum pertulit.

Petrus Admiranda sunt valde hec que me incognita mansisse latuisse. Sed quid esse dicimus quod nequeunt modo inveniri?

Gregorius Ego petre multos tales in hoc seculo nec modo deesse existimo. Neque enim si talia signa non faciunt ideo tales non sunt. Vite namque vera estimatio in virtute est operum, non in ostensione signorum. Nam sunt plerique qui signa non faciunt, signa tamen facientibus dispares non sunt.

Petrus Unde michi hoc rogo ostendi potest, quod sunt quidam qui signa non faciunt et tamen facientibus dissimiles non sunt?

Gregorius Numquid nescis

quod paulus apostolus petro apostolo primo in principatu apostolico frater est **Petrus** Scio plane nec dubium est quia et si minimus apostolorum omnium tamen plus omnibus laboravit **Gregorius** Quod tamen ipse reminiscaris petrus cum mari pedibus ambulat paulus in mare naufragium pertulit Ecce in uno eodemque elemento ubi paulus cum navi ire non potuit ibi petrus pedibus ambulavit Aperte igitur constat quia cum utrorumque virtus fuit dispar in miraculo utriusque tamen meritum dispar non est in celo **Petrus** Placet fateor enim animo quod dicis Ecce aperte cognovi quia vita et non signa querenda sunt Sed quia ipsa signa que fiunt bone vite testimonium ferunt queso adhuc si qua sunt referas ut esurientem me per exempla bonorum pascas **Gregorius** Velim tibi in laudibus nostri redemptoris de vita venerabilis viri benedicti et vita aliqua et miracula narrare Sed ad hec explenda hodiernum tempus video non posse sufficere liberius hic itaque loquimur si aliud exordium sumamus

Finit primi dialagorum gregorij
Incipit registrum secundi

Secundus dyalog



Fuit vir vite venerabilis gratia Benedictus et nomine ab ipso pueritie sue tempore cor gerens senile Etatem quippe moribus transiens nulli animum voluptati dedit Sed dum in hac terra adhuc esset quo temporaliter uti libere potuisset despexit quasi iam aridum mundum cum flore Qui liberiori genere ex provincia nursie exortus rome liberalibus litterarum studiis traditus a parentibus fuerat Sed dum in eis multos ire per abrupta viciorum cerneret eum quem quasi in ingressu mundi posuit

retraheret pedem / Ne si quid de scientia eius
attingeret ipse quoque postmodum in
immane precipitium totus iret / Despectis
itaque litterarum studiis relicta domo re-
busque patris soli deo placere desiderans /
sancte conversationis habitum quesivit
Recessit igitur scienter nescius et sapienter
indoctus / Huius ego omnia gesta non didici
sed pauca / que narro quatuor discipulis
illius referentibus agnovi Constantino
scilicet reverendissimo valde viro qui ei in
monasterii regimine successit / Valentiniano
quoque qui annis multis lateranensi mo-
nasterio post prefuit Simplicio quoque
qui congregationem illius / post eum tercius
rexit Honorato etiam qui nunc adhuc celle
eius qui nunc in qua prius conversatus
fuerat preest / Hic itaque cum iam relictis
litterarum studiis petere deserta decrevisset /
nutrix que hunc arctius amabat sola
secuta est Cumque ad locum venissent qui
Effide dicitur multisque honestioribus
viris caritate se illic detinentibus / in beati
petri ecclesia demorarentur predicta nutrix illius
ad purgandum triticum / a vicinis mulieribus
prestari sibi capisterium petiit Quod super
mensam incaute derelictum casu accide-
te fractum est / sicque ut in duabus partibus
inveniretur divisum Quod mox ut re-
diens nutrix illius invenit vehementis-
sime flere cepit / quia vas quod prestitum
acceperat fractum videbat / Benedictus autem
religiosus et pius puer cum nutricem
suam flere conspiceret / eius dolori compassus
ablatis secum utrisque fracti capisterii par-
tibus se secum lacrimis in orationem dedit Qui mox
ab oratione surgens / ita iuxta se vas sanum
reperit ut in eo fracture inveniri vestigia
nulla potuissent Mox autem nutricem suam
blande consolatus eum sanum capisterium
reddidit quod fractum tulerat Que res in
loco eodem a cunctis est agnita atque in tanta
admiratione habita / ut hoc ipsum capisterium ad
eius loci incole in ecclesie ingressu suspende-
rent quatenus / et presentes et futuri omnes
cognoscerent Benedictus puer conversationis

gratiam a quanta perfectione cepisset Quod
annis multis illic ante oculos omnium fuit / et
usque ad hec longobardorum tempora super
fores ecclesie pependit Sed benedictus plus
appetens mala mundi perpeti quam laudes pro
deo laboribus fatigari / quam vite / huius
favoribus extolli nutricem suam occulte
fugiens / deserti loci secessum petiit cui Sub-
lacus vocabulum est / qui a romana ur-
be .xl. fere miliaribus distans frigidas
atque perspicuas emanat aquas Que illic
videlicet aquarum habundancia in extenso
prius lacu colligitur / ad postremum vero
in amnem derivatur Quo dum fugiens
pergeret monachus quidam Romanus nomine
hunc euntem reperit quo tenderet inqui-
sivit Cuius cum desiderium cognovisset
et secretum tenuit / et adiutorium impendit
eique sancte conversationis habitum tradidit
et in quantum licuit ministravit Vir autem dei
ad eundem locum perveniens in artissimum specum
se tradidit / tribusque annis excepto Ro-
mano monacho incognitus mansit Qui
Romanus / non longe in monasterio sub
Deodati regula degebat Sed pie
eiusdem patris sui oculis furabatur horas
/ et quem sibi ad manducandum poterat
surripere diebus certis benedicto defe-
rebat panem Ad eundem vero specum a Ro-
mani cella iter non erat / quia excelsa de-
super rupis eminebat Sed ex eadem rupe
in longissimo fune ligatum romanus
deponere panem consueverat / in quo etiam
resti parvum tintinnabulum inseruit / ut ad
sonum tintinnabuli vir dei cognosceret / quando
sibi Romanus panem preberet / quem exiens
acciperet Sed antiquus hostis unius caritati
invidens / et alterius refectioni cum quadam
die submitti panem conspiceret / iactavit lapi-
dem et tintinnabulum fregit Romanus tamen
modis congruentibus ministrare non destitit
Cum vero omnipotens deus iam et Roma-
num vellet a labore quiescere / et benedicti
vitam in exemplum hominibus demonstra-
re / ut posita super candelabrum lucerna clare-

fieret. Quidam presbiter longius manens qui refectionem sibi in paschali festivitate paraverat, per visionem dominus coram eo apparere dignatus est dicens: Tu tibi delicias paras et servus meus illo in loco fame cruciatur. Qui protinus surrexit atque in ipsa sollempnitate paschali cum alimentis que sibi paraverat ad locum tetendit, et virum dei per abrupta montium per concava vallium per defossa terrarum quesivit, eumque latere in specu repperit. Cumque oratione facta benedicentes omnipotentem deum consedissent, post dulcia vite colloquia is qui advenerat presbiter dixit: Surge et sumamus cibum, quia hodie pascha est. Cui vir dei respondit dicens: Scio quia pascha est, quia videre te merui. Longe quippe ab hominibus positus, quia die eodem paschalis esset sollempnitas ignorabat. Venerabilis autem presbiter rursum asseruit dicens: Veraciter hodie resurrectionis dominice paschalis dies est. Abstinere tibi minime congruit, quia et ego ad hoc missus sum ut dona omnipotentis dei pariter sumamus. Benedicentes igitur deum sumpserunt cibum. Expleta itaque refectione et colloquio ad ecclesiam presbiter rediit. Eodem quoque tempore hunc in specu latitantem etiam pastores invenerunt. Quem dum vestitum pellibus inter fruteta cernerent, aliquam bestiam esse crediderunt. Sed cognoscentes dei famulum, eorum quidam ad pietatis gratiam a bestiali vite mutati sunt. Nomen itaque eius per vicina loca cunctis innotuit, factumque est ut ex illo iam tempore a multis frequentari cepisset, qui ei cibos deferentes corporis ab eius ore in suo pectore alimenta referebant vite.

Quadam vero die Cap. ii dum solus esset, temptator affuit. Nam nigra parvaque avis que vulgo merula vocatur circa eius faciem volitare cepit, eiusque vultui importune insistere, ita ut capi posset manu, si hanc vir sanctus tenere voluisset. Sed signo crucis edito recessit avis. Tanta autem temptatio carnis avi eadem recedente secuta est, quantam vir sanctus numquam fuerat expertus. Quandam namque aliquando feminam viderat, quam malignus spiritus ante oculos eius mentis reduxit, tantoque igne servi dei animum in specie eius accendit, ut se in eius corpore amoris flamma vix caperet, et iam pene deserere heremum voluptate victus deliberaret. Cumque subito superna gratia respectus ad semetipsum reversus est, atque urticarum et veprium iuxta densa succrescere fruteta conspiciens, exutus indumento nudum se in illis spinarum aculeis et urticarum incendiis proiecit, ibique diu volutatus toto ex eis corpore vulneratus, et per cutis vulnera eduxit a corpore vulnus mentis, quia voluptatem traxit in dolorem. Cumque penaliter bene arderet foris, extinxit quod illicite ardebat intus. Vicit itaque peccatum, quia mutavit incendium. Ex quo videlicet tempore, sicut discipulis ipse perhibebat, ita in illo est omnis est omnis temptatio carnis edomita, ut tale in se aliquid minime sentiret. Ceperunt postmodum multi iam mundum relinquere, atque ad eius magisterium festinare. Liber quippe a temptationis vitio iam iure factus est virtutum magister. Unde et per Moysen precipitur ut levite a xxv annis et supra ministrare debeant, ab anno vero quinquagesimo custodes vasorum fiant.

Petrus. Iam quidem prolati testimonii aliquantulum intellectus inlucescit, sed tamen hoc plenius postulo exponi.

Gregorius. Liquet, Petre, quod in iuventute carnis temptatio ferveat, ab anno autem quinquagesimo calor corporis frigescat. Vasa autem sacra sunt fidelium mentes. Electi ergo dum adhuc in temptatione sunt, subesse eos et servire necesse est, et obsequiis laboribusque fatigari. Cum vero iam mentis etate tranquilla calor recessit temptationis, custodes vasorum sunt, quia doctores animarum

finem. **Petrus.** Placet quod dicis, sed quia prolati testimonii clausa reserasti, quaeso ut de vita istius debeas ea quae sunt inchoata percurrere. **Gregorius.** c. iii

Recedente igitur temptatione vir Dei quasi spinis erutis culta terra de virtutum segete feracius fructum dedit. Praeconio itaque eximiae conversationis celebre nomen eius habebatur. Non longe autem monasterium fuit cuius congregationis pater defunctus est, omnis ex illo congregatio ad eundem venerabilem virum venit, et magnis precibus ut eis praeesse deberet petiit. Qui diu negando distulit, praedixit illorum suos et fratrum moribus convenire non posse praedixit; sed victus quandoque precibus assensum dedit. Cumque in eodem monasterio regularis vitae custodiam teneret, nullique ut prius per actus illicitos in dextram laevam partem deflectere a conversationis itinere liceret, suscepti fratres insane saevientes et semetipsos prius accusare coeperunt quia hunc sibi praeesse poposcerant, quorum scilicet tortitudo in norma eius rectitudinis offendebat. Cumque sibi sub eo conspicerent illicita non licere, et se dolerent assueta relinquere, durumque esset quod in mente veteri cogebantur nova meditari, sicut pravis moribus semper gravis est vita bonorum, tractare aliquid de eius morte conati sunt. Qui inito consilio venenum vino miscuerunt. Et cum vas vitreum, in quo ille pestifer potus habebatur, recumbenti patri ex more monasterii ad benedicendum fuisset oblatum, Benedictus extensa manu signum crucis edidit, et vas quod longius tenebatur eodem signo rupit, sic confractum est ac si in illo vase mortis pro cruce lapidem dedisset. Intellexit protinus vir Dei quia potum mortis habuerat, quod portare non potuit signum vitae, atque illico surrexit et vultu placido, mente tranquilla convocatos fratres allocutus est dicens: Misereatur vestri, fratres, omnipotens Deus. Quare in me facere talia voluistis? Numquid non prius dixi quia vestris ac meis moribus non conveniret? Ite et iuxta mores vestros vobis patrem quaerite, quia me post haec minime potestis. Tunc ad locum dilectae solitudinis rediit, et solus in superni spectatoris oculis habitavit secum.

Petrus. Minus patenter intellego quid sit habitavit secum.

Gregorius. Si sanctus vir contra se conspirantes suae conversationi longe dissimiles coactos diu sub se tenere voluisset, fortasse sui vigoris usum et modum tranquillitatis excederet atque a contemplationis lumine mentis suae oculum declinasset. Dum fatigatus quotidie in correptione illorum minus curaret sua, et se forsitan relinqueret, et illos non inveniret. Nam quotiens per cogitationis motum nimie extra nos ducimur, et nos sumus et nobiscum non sumus, quia nosmetipsos minime videntes per alia vagamur. An illum secum fuisse dicimus qui in longinquam regionem abiit, portionem quam acceperat consumpsit, uni in ea civium adhaesit, porcos pavit, quos et manducare siliquas videret et esuriret? Qui tamen cum postmodum coepit cogitare bona quae perdidit, scriptum de illo est: In se reversus dixit: Quanti mercenarii in domo patris

mei simulant partibus Si igitur secum fuit unde ad se redijt Unde hunc venerabilem virum secum habitasse dixerim qui in sua semper custodia circumspectus ante oculos conditoris se semper aspiciens se semper examinans extra se oculum mentis sue non divulgavit **Petrus** Quid est ergo quod de petro apostolo scriptum est cum de carcere eductus ab angelo fuisset qui ad se reversus dixit Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum et eripuit me de manu herodis et de omni expectacione plebis iudeorum **Gregorius** Duobus modis petre extra nos ducimur quia aut per cogitacionis lapsum sub nos methipsos recidimus aut per contemplacionis graciam super nos methipsos levamur Ille itaque qui porcos pavit vagacione mentis et immundicie sub semethipsum cecidit Iste vero quem angelus solvit eiusque mentem in extasi rapuit extra se quidem sed super semethipsum fuit Uterque ergo ad se redijt quando et ille ab errore operis se collegit ad cor et ille a contemplacionis culmine ad hoc redijt quod in intellectu communi et prius fuit Venerabilis ergo benedictus in illa solitudine habitavit secum in quantum se intra cogitacionis claustra custodivit Nam quociens eum contemplacionis ardor in altum rapuit se procul dubio sub se reliquit **Petrus**

Placet quod dicis Sed queso respondeas numquid deserere fratres debuit quos semel suscepit **Gregorius**

Ut ego petre existimo ibi adunati equanimiter portandi sunt mali ubi inveniuntur aliqui qui adiuventur boni Nam ubi omnino fructus de bonis deest fit aliquando de malis labor supervacuus maxime si e vicino cause suppetant que fructum deo valeant ferre meliorem Vir itaque sanctus propter quem custodiendum staret qui omnes unanimiter se persequentes cerneret Et sepe agitur in animo perfectorum quod silencio pretereundum non est quia cum laborem suum sine fructu esse considerant in locum alium ad laborem cum fructu migrant Unde quoque ille egregius predicator qui dissolvi cupit et cum cristo esse cui vivere cristus est et mori lucrum qui certamina passionum non solum ipse appetijt sed ad toleranda hec et alios accendit Damasci persecucionem passus ut potuisset evadere murum funem sportamque quesivit seque latenter deponi voluit Numquid paulum mortem dicimus timuisse quam se ipse pro amore ihesu testatur appetere Sed cum in eodem loco minorem fructum sibi adesse conspiceret et gravem laborem ad laborem se alibi cum fructu servavit Fortis etenim preliator dei intra claustra teneri noluit certaminis campum quesivit Unde isdem quoque venerabilis benedictus si libenter audis cicius agnoscis quia tot ipse indociles deseruit quot multos in locis alijs ab anime morte suscitavit

Petrus Ita esse ut doces et manifesta racio et probatum congruum quod testimonium declarat Sed queso ut ad tanti patris narraciones ordine reddas **Gregorius** Cap. iii

Cum sanctus vir diu in eadem solitudine virtutibus signisque succresceret multi ab eo in loco eodem ad omnipotentis dei sunt servicium congregati ita ut illic xii monasteria cum omnipotentis ihesu cristi domini nostri opitulacione construeret in quibus statutis patribus duodenos monachos deputavit paucos vero secum retinuit quos adhuc in sua presencia aptius erudiri iudicavit Cepere etiam ad eum Romane urbis nobiles et religiosi concurrere suosque ei filios omnipotenti deo nutriendos dare Tunc quoque bone spei suas soboles

eutitius maurum, tertullus vero patricius placidum tradidit. Ex quibus maurus iunior cum bonis polleret moribus, magistri adiutor cepit existere; placidus vero puerilis adhuc indolis annos gerebat.

De oratione impedita per diabolum

In uno autem ex eis monasteriis que circumquaque construxerat quidam monachus erat, qui ad oracionem stare non poterat, sed mox ut se fratres ad studium oracionis inclinassent, ipse egrediebatur foras, et mente vaga terrena aliqua et transitoria agebat. Cumque ab abbate suo sepius fuisset ammonitus, ad virum dei ductus est. Qui ipsius quoque stulticiam increpabat vehementer, et ad monasterium reversus vix duobus diebus viri dei ammonicionem tenuit. Nam die tercio ad usum proprium reversus vagari tempore oracionis cepit. Quod cum servo dei ab eiusdem monasterii patre quem constituerat nunciatum fuisset, dixit: Ego venio eumque per memetipsum emendo. Cumque vir dei venisset ad idem monasterium et constituta hora expleta psalmodia se se fratres in oracionem dedissent, aspexit quod eundem monachum qui manere in oracione non poterat quidam niger puerulus per vestimenti fimbriam foras trahebat. Tunc eidem patri monasterii pompeiano nomine et mauro dei famulo secrete dixit: Numquid non aspicitis quis est qui istum monachum foras trahit? Qui respondentes dixerunt: Non. Quibus ipse ait: Oremus ut vos etiam videatis quem iste monachus sequitur. Cumque per biduum esset oratum, maurus monachus vidit, pompeianus autem eiusdem monasterii pater videre non potuit. Die vero alio cum expleta oracione vir dei monasterium egressus stantem foris monachum reperit, quem pro cecitate cordis sui virga percussit. Qui ex illo die nil persuasionis ulterius a nigro iam puero pertulit, sed ad oracionis studium immobilis permansit. Sicque antiquus hostis dominari non ausus est in eius cogitacione, ac si ipse percussus fuisset ex verbere.

v

Cap quintum

Ex his autem monasteriis que in eodem loco construxerat tria sursum in montis rupibus erant, et valde erat fratribus laboriosum semper ad lacum descendere ut aquam haurire debuissent, maxime quia ex devexo montis latere erat graue descendentibus in timore periculum. Tunc collecti fratres ex eisdem tribus monasteriis ad dei famulum benedictum venerunt dicentes: Laboriosum nobis est propter aquam cottidie usque ad lacum descendere, et ideo necesse est ex eodem loco monasteria mutari. Quos blande consolatus dimisit. Et nocte eadem cum paruo puerulo nomine placido, cuius superius memoriam feci, eiusdem montis ascendit rupem, ibique oravit diucius, et oracione completa tres petras in loco eodem pro signo composuit, atque ad suum cunctis illic nescientibus monasterium rediit. Cumque die alio ad eum pro necessitate aque predicti fratres redissent, dixit: Ite et rupem illam in qua tres super invicem positas petras invenietis, in modicum cavate. Valet enim omnipotens deus etiam in illo montis cacumine aquam producere, ut nobis laborem tanti itineris dignetur auferre. Qui euntes rupem montis quam benedictus predixerat iam sudantem invenerunt. Cumque in ea concavum locum fecissent, statim aqua repletus est, que tam sufficienter emanat ut nunc usque ubertim defluat atque ab illo montis cacumine usque ad inferiora derivetur.

Cap vi

Alio quoque tempore gothus quidam pauper spiritu ad conversionem venit. Quem vir domini benedictus libentissime suscepit. Quadam vero die ei dari ferramentum iussit, quod a falcis similitudinem falcastrum vocaretur, ut de loco quodam vepres abscideret, quatinus illic fieri ortus deberet. Locus autem ipse quem mundandum

gothus insistebat super ipsam lacus rip-
pam iacebat. Cumque gothus idem den-
sitatem veprium totius virtutis admisu
succideret, ferrum de manubrio prosiliens
in lacum cecidit, ubi scilicet tanta erat aquarum
profunditas, ut spes requirendi ferramentum
ferramenti nulla iam esset. Itaque ferro perdi-
to tremebundus ad Maurum monachum cucurrit
gothus, dampnum quod fecerat nunciat
et reatus sui egit penitenciam. Quod Maurus
mox Benedicto dei famulo curavit indicare.
Vir igitur dei Benedictus hec audiens ac-
cessit ad lacum et tulit de manu gothi ma-
nubrium et misit in lacum, et mox ferrum
de profundo rediit atque in manubrium intravit.
Qui statim ferramentum gotho reddidit
dicens: Ecce labora et noli contristari.

Quadam die dum idem venerabilis C. vii
Benedictus in cella consisteret, pre-
dictus Placidus puer sancti viri monachus
ad hauriendam de lacu aquam egressus est. Qui
vas quod tenuerat in aquam incaute sub-
mittens ipse quoque cadendo secutus est.
Quem mox unda rapuit, et pene in-
vnius sagitte cursu a terra introrsus
traxit. Vir autem dei intra cellam positus
hoc protinus agnovit et Maurum festine
vocavit dicens: Frater Maure curre quia
puer ille qui ad hauriendam aquam pre-
cesserat in lacum cecidit, iam eum longius
unda trahit. Res mira et post sanctum Pe-
trum apostolum inusitata. Benedictione etenim
postulata atque percepta ad patris sui im-
perium concitus perrexit Maurus, atque
usque ad eum locum quo ab unda duce-
batur puer per terram se ire estimans
super aquam cucurrit, eumque per capillos
tenuit, rapido quoque cursu rediit. Qui
mox ut terram tetigit ad se reversus post
tergum respexit, et quia super aquas
cucurrisset agnovit, et quod presumere non
potuisset ut fieret miratus extremuit fa-
ctum. Reversus ad patrem rem gestam retu-
lit. Vir autem venerabilis Benedictus hoc non
suis meritis, sed obediencie illius depu-
tari cepit. At contra Maurus pro solo eius
imperio factum dicebat, seque conscium
in illa virtute non esse quam nesciens
fecisset. Sed in hac humilitatis mutue
amica contencione accessit arbiter puer
qui ereptus est. Nam dicebat: Ego cum
ex aqua traherer super caput meum ab-
batis melotem videbam, atque ipsum me ex
aqua educere considerabam. **Petrus**

Magna sunt valde que narras
et ad multorum edificacionem profutura.
Ego autem boni viri miracula quo plus
bibo plus sicio. **Gregorius**

Cum iam in loco eodem Cap viii 8 De Invidia
multi in amore domini nostri Ihesu
Christi longe lateque fervescerent, et secula-
rem vitam multi relinquerent et sub le-
vi redemptoris iugo cervicem cordis edo-
marent, sicut pravorum mos est invide-
re aliis virtutis bonum quod ipsi habere non appe-
tunt, vicine ecclesie presbiter Florentius
nomine, huius nostri subdiaconi Florentii
avus, antiqui hostis malicia perculsus,
sancti viri studiis cepit emulari eiusque
conversacioni derogare, quosque etiam posset
ab illius visitacione compescere. Cumque se iam
conspiceret eius profectibus obviare non
posse, et conversacionis illius opinionem
crescere atque multos ad statum vite me-
lioris ipso quoque opinionis eius
preconio indesinenter vocari ~~in modie~~ invi-
die facibus magis magisque succensus de-
terior fiebat, quia conversacionis illius habere appe-
tebat laudem, sed habere laudabilem vitam
nolebat. Qui eiusdem invidie tenebris
adhuc usque perductus est ut servo omnipo-
tentis dei infectum veneno panem quasi pro
benedictione transmitteret. Quem cum graciarum
actione vir dei suscepit, sed eum que peste
intus latuit latere in pane non latuit,
ad horam refectionis corvo illius ex vicina
silva venire consueverat, et panem
de manu eius accipere. Qui cum more so-
lito venisset, panem quem presbiter transmiserat

vir dei ante corvum proiecit ei precepit dicens In nomine ihesu cristi domini tolle hunc panem et tali eum in loco proice ut a nullo homine possit inveniri Tunc corvus aperto ore expansis alis cepit circa eundem panem discurrere atque crocitare ac si aperte diceret et obedire se velle et tamen iussa implere non posse Cui vir dei iterum atque iterum precipiebat dicens Leva leva securus atque ibi proice ut a nullo inveniri possit Qui tandem diu demoratus quandoque corvus momordit levavit et recessit post trium vero horarum spatium abiecto pane rediit et de manu hominis dei annonam quam consueverat accepit Venerabilis autem pater contra vitam suam inardescere sacerdotis animum videns illi magis quam sibi doluit Sed predictus florencius quia corpus magistri necare non potuit se ad extinguendas discipulorum animas accendit ita ut in orto celle cui benedictus inerat ante eorum oculos nudas septem puellas mitteret que coram eis sibi invicem manibus tenentes et diucius ludentes ut eorum mentes ad perversitatem libidinis inflammarent Quod sanctus vir de cella prospiciens lapsumque adhuc tenerioribus discipulis pertimescens idque pro sua solius persecucione fieri pertractans invidie locum dedit atque oratoria cuncta que construxerat substitutis prepositis adiunctis fratribus ordinavit et paucis secum monachis ablatis habitacionem mutavit loci Mox quoque ut vir dei eius odia humiliter declinavit hunc omnipotens deus terribiliter percussit Nam cum predictus presbiter stans in solario benedictum discessisse cognosceret et exultaret perdurante immobiliter tota domus fabrica hoc ipsum in quo stabat solarium cecidit et benedicti hostem conterens extinxit Quod viri dei discipulus maurus nocte statim venerabili patri benedicto qui adhuc ab eodem loco vix decem milibus aberat estimavit esse nunciandum dicens Revertere

quia presbiter qui te persequebatur extinctus est Quod vir dei benedictus audiens sese in gravibus lamentis dedit vel quia inimicus occubuit vel quia de inimici morte discipulus exultat Qua de re factum est ut eidem quoque discipulo penitenciam indigeret indiceret quod mandans talia gaudere de inimici interitu presumpsisset

Petrus Mira sunt et multum stupenda que dicis Nam in aqua ex petra producta moysen in ferro vero quod ex profundo aque rediit heliseum in aque itinere petrum in corvi obediencia heliam in luctu autem inimici mortis david video et pensando vir iste spiritu iustorum omnium plenus fuit

Gregorius Vir domini benedictus petre unius spiritum habuit qui per concessam gratiam redempcionis electorum corda omnium implevit De quo iohannes dicit Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum De quo rursum scriptum est Et de plenitudine eius nos omnes accepimus Nam sancti dei homines homines potuerunt a domino virtutes habere non autem aliis tribuere Ille autem signa virtutis dedit subditis qui se signum ione daturum promisit inimicis ut coram superbis mori dignaretur coram humilibus resurgere quatinus et illi viderent quod contemnerent et isti quod venerantes amare debuissent Ex quo misterio actum est ubi dum superbi aspiciunt despectum mortis humiles contra mortem acciperent gloriam potestatis

Petrus Oro te post hec ad que loca vir sanctus migravit vel si aliquas ex eis virtutes ostendit innotesce

Gregorius Sanctus vir ad alia loca transmigrans locum non hostem mutavit Nam tanto post graviora prelia pertulit quanto se aperte pugnantem ipsum magistrum malicie invenit Castrum namque quod cassinum dicitur in excelsi latere montis situm est

De dolore [illegible]

Qui videlicet mons distenso sinu hoc idem castrum recepit, sed per tria milia in altum se subrigens velud ad aera cacumen tendit, ubi vetustissimum fanum fuit in quo ex antiquorum more gentilium a stulto rusticorum populo Apollo colebatur. Circumquaque enim in cultu demonum luci succreverant, in quibus adhuc eodem tempore infidelium insana multitudo sacrificiis sacrilegis insudabat. Ibi itaque vir dei perveniens contrivit ydolum, subvertit aram, succendit lucos, atque in ipso templo Apollinis oraculum beati Martini, ubi vero ara Apollinis eiusdem fuit oratorium sancti Iohannis construxit. Et commorantem circumquaque populum multitudinem predicacione continua ad fidem vocabat. Sed hec antiquus hostis tacite non ferens, non occulte vel per sompnium, sed aperta visione eiusdem patris se oculis ingerebat, et magnis clamoribus vim se perpeti conquerebatur, ita ut vocis illius etiam fratres audirent, quamvis ymaginem minime cernerent. Ut enim discipulis suis venerabilis pater dicebat, eius oculis idem antiquus hostis teterrimus et succensus apparebat. Qui in eum ore oculisque flammantibus sevire videbatur. Iam vero que diceret audiebant omnes. Prius enim hunc vocabat ex nomine. Cui cum vir dei minime responderet, ad eius mox contumelias erumpebat. Nam cum clamaret dicens: Benedicte benedicte, et eum sibi nullomodo respondere conspiceret, protinus adiungebat: Maledicte non benedicte, quid mecum habes, quid me persequeris? Sed iam nunc expectanda sunt contra dei famulum antiqui hostis certamina. Cui pugnas quidem volens intulit, sed occasiones victorie ministravit invitus.

Capitulum ix

Quadam die dum fratres habitacula eiusdem celle construerent, lapis in medio iacebat, quem in edificium decreverunt levare. Cumque eum duo vel tres movere non possent, plures adiuncti sunt, sed ita immobilis permansit, ac si in terra radicitus teneretur, ut palam daretur intelligi quod super eum ipse per se antiquus hostis sederet, quem tantorum manus virorum movere non possent. Difficultate igitur facta ad virum dei missum est ut veniret et oratione hostem repelleret, ut lapidem levare potuissent. Qui mox venit, orationem faciens benedictionem dedit, et tanta lapis celeritate levatus est ac si prius nullum pondus habuisset.

Capitulum x

Tunc in conspectu viri dei placuit ut in loco eodem terram foderent. Quam dum fodiendo altius penetrarent, ereum illic ydolum fratres invenerunt. Quo ad horam casu in coquinam proiecto exire ignis repente visus est, atque cunctorum monachorum oculis, quia omne eiusdem coquine edificium consumeretur ostendit. Cumque iaciendo aquam et ignem extinguendo perstreperent, pulsatus ab eodem tumultu vir domini advenit. Qui eundem ignem in oculis fratrum esse, in suis vero non esse considerans, caput protinus in oratione flexit, et eos quos fantastico repperit igne deludi revocavit fratres, ut oculos suos signare monuit, et sanum illud coquine edificium assistere cernerent, et flammas quas antiquus hostis finxerat non viderent.

C xi

Rursum dum fratres parietem, quia res ita exigebat, paulo altius edificarent, vir dei in oracionis studio intra cellule sue claustra morabatur. Cui antiquus hostis insultans apparuit et quia ad laborantes fratres pergeret indicavit. Quod vir dei per nuncium celerrime fratribus indicavit dicens: Fratres caute vos agite, quia ad vos hac hora malignus spiritus venit. Is qui mandatum detulit vix verba finierat, et malignus spiritus eundem parietem qui edificabatur evertit, atque unum puerulum monachum

quendam curialis filium opprimens ruina contriuit. Contristati sunt omnes ac vehementer afflicti non de dampno parietis sed contricione fratris. Quod venerabili patri Benedicto studuerunt celeriter cum graui luctu nunciare. Tunc idem pater ad se dilaceratum puerum deferri iubet quem portare non nisi in sago potuerunt quia collapsi saxa parietis eius non solum membra sed etiam ossa contriuerant. Eumque vir dei precepit statim in cella sua in psiatio quo orare consueuerat poni quod vulgo matta dicitur missisque fratribus foras cellam clausit. Qui oracioni instancius quam solebat incubuit. Mira res hora eadem hunc incolumem atque ut prius valentem ad eundem iterum laborem misit ut ipse quoque parietem cum fratribus perficeret de cuius se interitu antiquus hostis Benedicto insultare credidisset. Cepit vero inter ista etiam vir dei spiritu prophetie pollere ventura predicere presentibus absencia nunciare. Capitulum XII

Mos etenim celle fuit ut quociens ad responsum aliquod egrederentur fratres cibum potumque extra cellam minime sumerent. Cumque hoc de vsu regule sollicite seruaretur quadam die ad responsum fratres egressi sunt in quo tardiori coacti sunt hora demorari. Qui manere iuxta religiosam feminam nouerant cuius ingressi habitaculum sumpserunt cibum. Cumque iam tardius ad cellam redissent benedictionem patris ex more pecierunt. Quos ille protinus percunctatus est dicens. Vbi comedistis. Qui responderunt dicentes. Nusquam. Quibus ille ait. Quare ita mentimini. Numquid illius femine habitaculum non intrastis. Numquid hos atque illos cibos non accepistis. Numquid tot calices non bibistis. Cumque eis venerabilis pater et hospicium mulieris et genera ciborum et numerum pocionum diceret recognoscentes cuncta que fecerant ad eius pedes tremefacti ceciderunt se deliquisse confessi sunt. Ipse autem protinus culpe pepercit perpendens quod in eius absencia ultra non facerent quos presentem sibi esse in spiritu scirent. Capitulum XIII

Frater quoque Valentiniani eius monachi cuius superius memoriam feci vir erat laicus sed religiosus. Qui ut serui dei oracionem perciperet et venerandum fratrem suum videret annis singulis de loco suo ad cellam eius ieiunus venire consueuerat. Quadam igitur die dum iter ad monasterium faceret sese illi alter viator adiunxit qui sumendos in itinere portabat cibos. Cumque iam hora tardior excreuisset dixit. Veni frater sumamus cibum ne lassemur in via. Cui ille respondit. Absit frater non faciam quia ad venerabilem patrem Benedictum ieiunus semper venire consueui. Quo responso percepto ad horam viator conticuit. Sed cum post hec aliquantulum itineris spacium egissent iterum admonuit ut manducarent. Consentire noluit qui ieiunus peruenire consueuerat. Et tunc eo ieiuno adhuc pergere ad modicum consensit. Cumque et iter longius agerent et eos tardior hora fatigaret ambulantes inuenerunt in itinere pratum et fontem et queque poterant ad reficiendum corpus delectabilia videri. Tunc viator ait. Ecce aqua ecce pratum ecce amenus locus in quo possumus refici et paululum quiescere ut valeamus iter nostrum post modicum incolumes explere. Cum igitur et verba auribus et loca oculis blandirentur ac tercia ammonicione persuasus consensit et comedit. Vespertina autem hora peruenit ad cellam. Presentatus autem venerabili patri Benedicto sibi benedici peciit. Sed mox ei vir dei hoc quod in via egerat improperauit dicens. Quid est frater quod malignus hostis tibi per viatorem tuum locutus est se

tibi persuadere non potuit, sed non potuit, ad te tuus persuasit. Tunc ille reatum sue mentis agnoscens eius pedibus provolutus tanto magis cepit culpam deflere et erubescere quanto magis se cognovit etiam absentem in Benedicti patris oculis deliquisse.

Petrus Ego sancti viri precordiis Helisei spiritum video inesse qui absenti discipulo presens fuit.

Gregorius Cap. xiiii

Oportet Petre ut interim sileas quatenus adhuc maiora cognoscas. Gothorum namque temporibus cum rex eorum Totila sanctum virum prophetie spiritum habere audisset, ad eius monasterium pergens paulo longius substitit, eique se venturum esse nunciavit. Ad quem dum protinus mandatum de monasterio fuisset ut veniret, ipse sicut perfide mentis fuit, an vir dei prophetie spiritum haberet explorare conatus est. Quidam vero eius spatarius Riggo dicebatur, cui calciamenta sua prebuit eumque indui regalibus fecit vestibus, quem quasi in persona sua pergere ad dei hominem precepit. In cuius obsequio tres qui sibi pre ceteris adherere consueverant comites misit, scilicet Vultericum, Rudericum et Bladin, ut ante servi dei oculos ipsum esse regem Totilam simulantes eius latera ambularent. Cui alia quoque obsequia atque spatarios prebuit, ut tam ex eisdem obsequiis quam ex purpureis vestibus rex esse putaretur. Cumque isdem Riggo decoratus vestibus, obsequentium frequentia comitatus, monasterium fuisset ingressus, vir dei eminus sedebat. Quem venientem conspiciens, cum iam ab eo audiri potuisset, clamavit dicens: Pone fili, pone hoc quod portas, non est tuum. Qui Riggo protinus in terram cecidit, et quia tanto viro illudere presumpsisset expavit, omnesque qui [illegible] cum eo ad dei hominem veniebant terre consternati sunt. Surgentes autem ad eum propinquare minime presumpserunt, sed ad suum regem sunt reversi nunciantes trepidi in quanta velocitate fuerant deprehensi. Tunc per se idem Totila ad dei hominem accessit. Quem cum a longe sedentem cerneret, non ausus accedere sese in terram dedit. Cui cum vir dei bis vel ter diceret: Surge, et ipse ante eum erigi non auderet, Benedictus Ihesu Christi famulus per semetipsum dignatus est accedere ad regem prostratum, quem de terra levavit, de suis actibus increpavit, atque in paucis sermonibus cuncta que illi erant ventura prenunciavit dicens: Cap. xv

Multa mala facis et multa mala fecisti, iam aliquando ab iniquitate quiesce. Et quidem Romam ingressurus es, mare transiturus, novem annis regnas, decimo morieris. Quibus auditis rex vehementer territus oratione petita recessit, atque ex illo iam tempore minus crudelis fuit. Cum non multo post Romam adiit, ad Siciliam perrexit. Anno autem regni sui decimo omnipotentis dei iudicio regnum cum vita perdidit. Preterea antistes Canusine ecclesie ad eundem domini famulum venire consueverat, quem vir dei pro vite sue merito valde diligebat. Is itaque dum cum illo de ingressu regis Totile et Rome perditione loqueretur, dixit: Per hunc regem civitas ista destruetur ut iam amplius non habitetur. Cui vir domini respondit: Roma a gentilibus non exterminabitur, sed tempestatibus et coruscis et turbinibus ac terre motibus fatigata marcescet in semetipsa. Cuius prophetie misteria iam nobis facta sunt luce clariora, qui in hac urbe dissoluta menia, eversas domos, destructas ecclesias turbine cernimus, eiusque edificia longo senio lassata quia ruinis crebrescentibus prosternantur videmus. Quamvis Honoratus eius discipulus, cuius mihi relatione compertum est, nequaquam ex ore eius audisse se perhibebat, sed quia hoc dixerit

dictum sibi a fratribus fuisse testatur. 6

Eodem quoque tempore quidam C xvi

Aquinensis ecclesie clericus a demonio vexabatur, qui a venerabili viro Constantino eiusdem ecclesie antistite per multa fuerat martirum loca transmissus, ut sanari potuisset. Sed sancti dei martires noluerunt ei sanitatis donum tribuere, ut quanta esset in benedicto gratia demonstrarent. Ductus itaque est ad omnipotentis dei famulum benedictum, qui ihesu christo domino preces fundens antiquum hostem de obsesso homine protinus expulit. Cui sanato precepit dicens: Vade et post hec carnem non comedas, ad sacrum vero ordinem numquam accedere presumas. Quacumque autem die sacrum ordinem temerare presumpseris, statim iuri diaboli iterum mancipaberis. Discessit igitur clericus sanus, et sicut solet terrere animum pena recens, ea que vir dei preceperat interim custodivit. Cum vero post annos multos omnes priores suos de hac luce migrasse, et minores suos sibimet superponi in sacris ordinibus cerneret, verba viri dei quasi ex longo tempore oblitus postposuit, atque ad sacrum ordinem accessit. Quem mox is qui reliquerat diabolus tenuit, eumque vexare quousque animam eius excuteret non cessavit.

Petrus Iste vir dei ut video divinitatis etiam secreta penetravit, qui perspexit hunc clericum idcirco diabolo traditum, ne ad sacrum ordinem accedere auderet.

Gregorius Quare secreta divinitatis non nosset, qui divinitatis precepta servavit, cum scriptum sit: Qui adheret domino unus spiritus est cum eo.

Petrus Si unus fit cum domino spiritus qui domino adheret, quid est quod iterum isdem egregius predicator dicit: Quis enim novit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Valde enim esse inconveniens videtur eius sensum cum quo unum factus fuit ignorare.

Gregorius Sancti viri in quantum cum domino unum sunt, sensum domini non ignorant. Nam isdem quoque apostolus dicit: Quis enim scit hominum que sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita et que dei sunt nemo cognovit nisi spiritus dei. Qui etiam ut se ostenderet nosse que dei sunt, adiunxit: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Hinc iterum dicit: Quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, que preparavit deus diligentibus se, nobis autem revelavit per spiritum suum.

Petrus Si ergo eidem apostolo ea que dei sunt per spiritum dei fuerant revelata, quomodo hoc supra quod proposui premisit dicens: O altitudo divitiarum sapiencie et sciencie dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. Sed rursus mihi hec dicenti alia suboritur questio. Nam david propheta domino loquitur dicens: In labiis meis pronunciavi omnia iudicia oris tui. Et cum minus sit nosse quam etiam pronunciare, quid est quod paulus incomprehensibilia dei iudicia esse asserit, david autem hec se omnia non solum nosse sed etiam in labiis pronunciasse testatur?

Gregorius Ad utraque hec tibi superius sub brevitate respondi dicens quia sancti viri in quantum cum domino unum sunt sensum domini non ignorant. Omnes enim qui devote dominum sequuntur, etiam devotione cum domino sunt, et adhuc carnis corruptibilis pondere gravati cum domino non sunt. Occulta itaque dei iudicia in quantum coniuncti sunt sciunt, in quantum disiuncti sunt nesciunt. Quia enim secreta eius adhuc perfecte non penetrant, incomprehensibilia eius iudicia esse testantur. Quia vero ei mente inherent atque inherendo vel sacre scripture eloquiis vel occultis revelacionibus in quantum accipiunt agnoscunt, hec et noverunt et pronunciant. Iudicia itaque que deus tacet nesciunt, que deus loquitur sciunt. Unde et david propheta cum dixisset: In labiis meis pronunciavi omnia iudicia, protinus addidit: oris tui

ac si dicat aperte: Illa ego iudicia et
nosse et pronunciasse potui, que te dixisse
cognovi. Nam ea que ipse non loquitur
nostris procul dubio cognitionibus abscon-
dis. Concordat ergo prophetica apostolice sen-
tentie, et incomprehensibilia sunt dei iudi-
cia, et tamen que de ore eius prolata fuerint
humanis labiis pronunciantur, quia sciri ab
hominibus et prolata per deum possunt et
occultata non possunt. **Petrus.** In
obiectione mee questiuncule patuit
sententia causa ordinis, sed queso te si qua sunt
adhuc de huius viri virtute subiungas.

Gregorius Cap. xvii

Vir quidam nobilis theoprobus no-
mine, nobilis eiusdem benedicti
patris ammonitione fuerat conversus,
qui pro vite sue merito magnam apud
eum familiaritatis fiduciam habebat.
Hic cum quadam die eius cellulam fuisset
ingressus, hunc amarissime flentem
reperit. Cumque diu subsisteret eiusque
non finiri lacrimas videret, nec tamen
vir dei consueverat orando plangere,
sed merendo, que nam causa tanti luctus
existeret inquisivit. Cui vir dei illico
respondit: Omne hoc monasterium quod con-
struxi, et cuncta que fratribus preparavi, omni-
potentis dei iudicio gentibus tradi-
ta sunt. Vix autem optinere potui ut mi-
chi ex hoc loco anime traderentur, cederentur. Cuius
vocem tunc theoprobus audivit, nos
autem cernimus, qui destructum modo a lon-
gobardorum gente eius monasterium scimus.
Nocturno enim tempore et quiescentibus
fratribus nuper illuc longobardi sunt
ingressi, qui diripientes omnia nec
unum quidem hominem tenere potuerunt. Sed
implevit omnipotens deus quod fideli famulo
suo benedicto promiserat, ut si res gentibus
traderet, animas custodiret. In qua re
pauli vicem video benedictum te-
nuisse, cuius navis rerum omnium
iacturam pertulit, ipse in consolationem
vitam omnium qui eum comitabantur accepit.

Quodam quoque Capitulum xviii tempore exhilaratus noster quem
ipse conversum nosti transmissus a do-
mino suo fuerat, ut dei viro in mona-
sterium vino plena duo lignea vas-
cula, que vulgo flaschones vocantur,
deferret. Qui unum detulit, alterum
vero pergens in itinere abscondit. Vir au-
tem domini, quem facta absentia latere non
poterat, unum cum gratiarum actione susce-
pit, et discedentem puerum sic monuit: Vi-
de fili, de illo flaschone, quem abscon-
disti, iam non bibas, sed inclina illum
caute, et invenies quid intus habet.
Qui valde confusus a dei homine
exivit, et reversus volens adhuc proba-
re quod audierat, cum flaschonem inclinas-
set, de eo statim serpens protinus egressus est. Tunc
predictus exhilaratus puer per hoc
quod in vino reperit expavit malum quod
fecit. Capitulum xix

Non longe autem a monasterio vicus
erat, in quo magna multitudo
hominum ad fidem dei ab ydolorum cultu
benedicti fuerat exhortatione conversa.
Ibi quoque quedam sanctimoniales femine in-
herant, et crebro illuc pro exhortandis
animabus fratres suos mittere benedictus dei
famulus curabat. Quadam vero die
misit ex more. Sed is qui missus fue-
rat monachus post ammonitionem factam
a sanctimonialibus feminis rogatus map-
pulas accepit, sibique eas in sinum abscon-
dit. Qui mox ut reversus est, eum vir
dei vehementissima amaritudine cepit
increpare dicens: Quomodo ingressa est in-
iquitas in sinum tuum? At ille obstupuit,
et quid egisset oblitus, unde corripiebatur
ignorabat. Cui ait: Numquid ego illic
presens non eram, quando ab ancillis dei map-
pulas accepisti, tibique eas in sinum

misisti. Qui mox ad eius vestigia pro-
volutus stulte se egisse penituit et
eas quas in sinum absconderat mappulas
proiecit. Capitulum vicesimum

Quadam quoque die dum venerabi-
lis pater vespertina iam [illegible]
hora corporis alimenta perciperet, eius mona-
chus cuiusdam defensoris filius fuerat,
qui ei ante mensam lucernam tenebat. Cum-
que vir dei ederet, ipse autem cum lucerne
ministerio astaret, cepit per superbie spiri-
tum in mente sua tacitus volvere
et per cogitationem dicere: Quis est hic cui
ego manducanti assisto, lucernam teneo,
servitium impendo? Quis sum ego ut
isti serviam? Ad quem vir dei statim
conversus vehementer cepit increpare
dicens: Signa cor tuum frater. Quid est
quod loqueris? Signa cor tuum. Vocatis-
que statim fratribus precepit ei lucernam de
manibus tolli, ipsum vero iussit a ministerio
recedere et sibi hora eadem quietus
sedere. Qui requisitus a fratribus quid
habuerit in corde, per ordinem narravit quanto
superbie spiritu intumuerat et que contra
virum dei verba per cogitationem dicebat.
Tunc liquido omnibus patuit quod ve-
nerabilem Benedictum latere nichil posset,
in cuius aure etiam cogitationis verba so-
nuissent. Capitulum XXI

Alio igitur tempore in eadem Campa-
nie regione fames incubuerat
magna, que omnes alimentorum indigentia
coangustabat. Iamque in Benedicti mo-
nasterio triticum deerat, panes vero omnes
consumpti fuerant, ut non plus quam quinque
ad refectionis horam fratribus inveniri
potuissent. Cumque eos venerabilis pater
Benedictus contristatos cerneret, eorum
pusillanimitatem studuit modesta
modestia increpatione corrigere et rur-
sum promissione sublevare dicens: Qua-
re de panis inopia vester animus contristatur?
Hodie quidem minus est, sed die crastina
habundanter habebitis. Sequenti autem
die ducenti farine modii ante fores celle
in saccis inventi sunt, quos omnipotens deus
quibus deferentibus transmisisset nunc usque
manet incognitum. Quod cum fratres
cernentes domino gratias referentes didice-
runt iam de habundancia nec in egestate dubi-
tare.

Petrus. Dic ergo quaeso te,
numquid credendum est huic dei famulo
semper prophetie spiritum inesse potuisse, an per
intervalla temporum eius mentem prophetie
spiritus implebat?

Gregorius.

Prophetie spiritus, petre, mentes semper
prophetarum mentes irradiat, quia sicut de
sancto spiritu scriptum est: Spiritus ubi vult
spirat, ita sciendum est quia et quando vult
spirat. Hinc est enim quod Nathan a rege
requisitus si construere templum
posset, prius consensit et postmodum
prohibuit. Hinc est quod Eliseus cum fle-
tem mulierem cerneret causamque nesciret,
ad prohibentem hanc puerum dicit: Dimit-
te eam quia anima eius in amaritudine
est, et dominus celavit a me et non indicavit
michi. Quod omnipotens deus ex magne
pietatis dispensatione disposuit, quia
dum prophetie spiritum aliquando dat et aliquando
subtrahit, prophetantium mentes et elevat
in celsitudinem et custodit in humilitate,
ut et accipientes spiritum inveniant quid
de deo sint, atque rursum prophetie spiritum non
habentes cognoscant quid sint de semet-
ipsis.

Petrus. Ita hoc esse ut as-
seris magna ratio declarat. Sed
quaeso de venerabili patre Benedicto quicquid adhuc
animo occurrit exequere.

Gregorius. Capitulum XXII

Alio quoque tempore a quodam fideli viro
fuerat rogatus, ut in eius predio iux-
ta Terracinensem urbem missis discipulis suis
construere monasterium debuisset. Qui rogati
consentiens deputatis fratribus
patrem constituit, et quis ei esset secun-

ordinaret. Quibus euntibus spopondit dicens: Ite, et die illo ego veniam et ostendam vobis quo in loco oratorium, in quo refectorium fratrum, in quo susceptionem hospitum, vel quaeque sunt necessaria edificare debeatis. Qui cum benedictione percepta illico perrexerunt, et constitutum diem magno tempore prestolantes paraverunt omnia que his qui cum eo tanto patre venire potuissent videbantur esse necessaria. Nocte vero eadem qua promissus illucescebat dies, eidem servo dei quem illic patrem constituerat atque eius preposito vir domini in sompnis apparuit, et loca singula ubi quid edificare debuisset subtiliter designavit. Cumque utrique a sompno surgentes sibi invicem quod viderant retulerunt. Non tamen visioni illi omnimode fidem dantes virum dei sicut se venire promiserat expectabant. Cumque vir dei constituto die minime venisset, ad eum cum merore reversi sunt dicentes: Expectavimus pater ut venires sicut promiseras, et nobis ostenderes ubi quid edificare deberemus, et non venisti. Quibus ipse ait: Quare fratres quare ista dicitis? Numquid sicut promisi non veni? Cui cum ipsi dicerent: Quando venisti? respondit: Numquid utrisque vobis dormientibus non apparui et loca singula designavi? Ite et sicut per visionem audistis ~~loca singula~~ omne habitaculum monasterii ita construite. Qui hec audientes vehementer admirati ad predictam possessionem sunt reversi, et cuncta habitacula sicut ex revelatione didicerant construxerunt.

Petrus. Doceri velim quo fieri ordine potuit ut longe iret responsum dormientibus diceret, quod ipsi per visionem audirent et cognoscerent.

Gregorius. Quid est quod perscrutans rei geste ordinem ambiguus es, Petre? Liquet profecto quia mobilioris nature est spiritus quam corpus. Et certe teste scriptura novimus quod propheta ex Iudea sublevatus repente cum prandio in Caldea depositus est, quo videlicet prandio prophetam refecit, seque repente in Iudea iterum invenit. Si igitur tam longe Abakuk potuit sub momento corporaliter ire et prandium deferre, quid mirum si Benedictus pater obtinuit quatenus iret per spiritum et fratrum quiescentium spiritibus necessaria narraret, ut sicut ille ad cibum corporis corporaliter perrexit, ita iste ad institutionem spiritualis vite spiritualiter pergeret.

Petrus. Manus tue locutionis tersit a me, fateor, dubietatem mentis. Sed velim nosse in communi locutione qualiter iste vir sanctus fuerat.

Gregorius. Capitulum XXIII. Ipsa, Petre, communis eius locutio a virtutis pondere vacua non erat, quia cuius cor sese in alta suspenderat, nequaquam verba de ore eius incassum cadebant. Si quid vero umquam non iam decernendo sed minando diceret, tantas vires sermo illius habebat, ac si hoc non dubie atque suspense sed iam per sententiam protulisset. Nam non longe ab eius monasterio due quedam sanctimoniales femine nobiliori genere exorte in loco proprio conversabantur, quibus quidam religiosus vir ad exterioris vite usum prebebat obsequium. Sed sicut nonnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis, ut minus se in hoc mundo despiciant, qui plus se ceteris aliquid fuisse meminerunt, necdum predicte sanctimoniales femine perfecte linguas sub habitus sui freno restrinxerant, et eundem religiosum virum qui ad exteriora necessaria eis obsequium prebebat incautis sepe sermonibus ad iracundiam provocabant. Qui diu ista tollerans perrexit ad dei hominem, quantasque pateretur verborum contumelias enarravit. Vir autem dei hec de illis audiens eis protinus mandavit

De excommunicacione exemplum
de excommunicatis

dicens: Corrigite linguam vestram,
quia si non emendaveritis excommunico
vos. Quam videlicet excommunicacionis sentenciam
non proferendo intulit, sed intentando.
Ille autem a pristinis moribus nil inmu-
tate intra paucos dies defuncte sunt,
atque in ecclesia sepulte. Cumque in eadem
ecclesia missarum sollempnia celebrarentur,
atque ex more diaconus clamaret: Si quis
non communicat det locum, nutrix earum, que
pro eis oblacionem domino deferre consueverat,
eas de sepulcris suis progredi et exire de
ecclesia videbat. Quod dum sepius cerneret,
quia ad vocem diaconi clamantis exibant
foras, atque intus permanere non pote-
rant, ad memoriam rediit que vir dei illis
adhuc viventibus mandavit. Eas quippe
se communione privare dixerat, nisi mores
suos et verba corrigerent. Tunc servo dei
cum gravi merore indicatum est. Qui manu
sua protinus oblacionem dedit dicens: Ite et
hanc oblacionem pro eis offerri domino facite, et
ulterius excommunicate non erunt. Que dum
oblacio pro eis fuisset immolata, et a diacono
iuxta morem clamatum est, ut non commu-
nicantes de ecclesia exirent, ille exire ab ecclesia
ulterius vise non sunt. Qua ex re in-
dubitanter patuit, quia dum inter eos qui
communione privati sunt minime recederent,
communionem a domino per servum eius recepissent.

Petrus: Mirum est valde quamvis
venerabilem et sanctissimum virum, adhuc in
carne corruptibili habitare degentem, potuisse
solvere in illo iam invisibili
iudicio constitutas. Gregorius:

Numquid nam, Petre, adhuc in hac
carne non erat, qui audiebat: Quodcumque
ligaveris super terram, erit ligatum et in celis;
et que solveris super terram, erunt soluta et in
celis? Cuius nunc vicem ligandi et solvendi
obtinent, qui locum sancti regiminis
fide et moribus tenent. Sed
ut tantum valeat homo de terra, celi
et terre conditor in terram venit e celo, atque
ut iudicare caro eciam de spiritalibus possit,
hoc ei largiri dignatus est factus pro ho-
minibus deus caro, quia inde surrexit ultra
se infirmitas nostra, unde subsequenta sub
se infirmata est firmitas dei. Petrus:

Cum virtute signorum concorditer
concordat loquitur verborum racio. Gregorius:

Capitulum XXIIII

Quadam quoque
die dum quidam eius puerulus
monachus parentes suos plus quam deberet
diligens, atque ad eorum habitaculum tendens
sine benedictione de monasterio exisset, eo-
dem die mox ut ad eos pervenit, mortuus est.
Cumque esset sepultus, die altero proiectum
foras corpus eius inventum est. Quod
rursus tradere sepulture curaverunt, sed se-
quenti die iterum proiectum exterius
atque inhumatum sicut prius invenerunt. Tunc
concite ad Benedicti patris vestigia currentes
cum magno fletu pecierunt ut ei suam
graciam largiri dignaretur. Quibus vir
dei protinus manu sua communionem dominici cor-
poris dedit dicens: Ite atque hoc dominicum
corpus super pectus eius ponite eumque
sepulture sic tradite. Quod dum factum
fuisset, susceptum corpus eius terra te-
nuit, nec ultra proiecit. Perpendis, Petre,
apud ihesum christum dominum cuius vir iste fuit
meriti, ut eius corpus eciam terra proiceret
qui Benedicti graciam non haberet. Petrus:

Perpendo plane et vehementer
stupeo. Gregorius:

Capitulum XXV

Quidam autem eius monachus mobi-
litati mentem dederat et permanere
in monasterio nolebat. Cumque eum vir
dei assidue corriperet, frequenter admoneret,
ipse vero nullo modo consentiret in congrega-
cione persistere, atque importunis precibus
ut relaxaretur immineret, quadam die idem
venerabilis pater nimietatis eius tedio af-
fectus iratus iussit ut discederet. Qui
mox ut monasterium fuisset egressus, contra

se in itinere aperto ore draconem assistentem invenit. Cumque eum idem draco qui apparuerat devorare vellet, cepit ipse tremens et palpitans magnis vocibus clamare dicens: Currite currite quia draco iste devorare me vult. Currentes autem fratres draconem minime viderunt, sed trementem atque palpitantem monachum ad monasterium reduxerunt. Qui statim promisit nunquam se esse a monasterio recessurum, atque ex hora eadem in sua promissione permansit. Sit quippe qui sancti viri orationibus contra se assistere draconem viderat, quem prius non videndo sequebatur. Sed neque hoc silendum puto quod illustri viro Aptonio narrante cognovi, qui dicebat patris sui puerum morbo elefantino fuisse correptum, ita ut iam pilis cadentibus cutis intumesceret atque increscentem saniem occultare non posset. Qui ad virum dei ab eodem precium missus est et saluti pristine sub omni celeritate restitutus etc. Capitulum xxvi

Neque illud quod discipuli eius nomine narrare consueverant quia die quadam fidelis vir quidam necessitate debiti compulsus, unum sibi fore remedium credidit si ad dei virum pergeret et quanta eum urgeret debiti necessitas indicaret. Venit itaque ad monasterium, omnipotentis dei famulum repperit, et quia a creditore suo pro duodecim solidis vehementer affligeretur intimavit. Cui venerabilis pater nequaquam se habere duodecim solidos respondit. Sed tamen eius inopiam blanda locutione consolatus ait: Vade et post biduum revertere, quia deest hodie quod tibi debeam dare. In ipso autem biduo more suo in oratione fuit occupatus. Dum die tercio is qui necessitate debiti affligebatur rediit, super arcam monasterii que erat frumento plena subito xiii solidi sunt inventi, quos vir dei deferri iussit et afflicto debitori tribuit dicens ut xii redderet et unum in expensis propriis haberet. Sed ad ea nunc redeam que eius discipulis in libri huius exordio predictis referentibus agnovi. Quidam vir iugiter acerrima adversarii sui laborabat emulatione, cuius ad hunc odium prorupit ut eidem nescienti in potu venenum daret. Quod quamvis vitam auferre non valuit, cutis tamen colorem mutavit, ita ut diffusa in corpore eius varietas lepre morem imitari videretur. Sed ad dei hominem deductus salutem pristinam citius recepit. Nam mox ut eum tetigit omnem cutis illius varietatem fugavit etc.

Eodem Capitulum xxvii

Eodem quoque tempore quo alimentorum inopia Campaniam vehementer affligebat, vir dei diversis indigentibus monasterii sui cuncta tribuerat alimenta, ut pene nihil in cellario nisi parum quid olei in vitreo vase remaneret. Tunc quidam subdiaconus Agapitus nomine advenit magnopere postulans ut sibi aliquantulum olei dari debuisset. Vir autem domini qui cuncta decreverat in terra tribuere ut in celo omnia reservaret, hoc ipsum parum quod remanserat olei iussit petenti dari. Monachus vero qui cellarium tenebat audivit quidem iubentis vocem, sed implere distulit. Cumque post paululum si id quod iusserat datum esset inquireret, respondit monachus se minime dedisse, quia si illud tribueret omnino nihil fratribus remaneret. Tunc iratus aliis precepit ut hoc ipsum vas vitreum in quo parum olei remansisse videbatur per fenestram proicerent, ne in cellario per inobedientiam aliquid remaneret. Factum quod est. Sub fenestra autem eadem ingens precipitium patebat saxorum molibus asperum. Proiectum itaque vas vitreum venit in saxa, sed sic mansit incolume, ac si proiectum minime fuisset, ita ut neque frangi neque oleum effundi potuisset. Quod vir dei precepit levari atque ut erat integrum petenti tribui.

Tunc collectis fratribus inobedientem monachum de infidelitate sua et superbia coram omnibus increpavit. Qua increpatione completa sese cum eisdem fratribus in orationem dedit. Capitulum xxviii

In eo autem loco ubi cum fratribus orabat vacuum erat ab oleo dolium et coopertum. Cumque sanctus vir in oratione persisteret cepit operculum eiusdem dolii oleo excrescente sublevari. Quo commoto atque sublevato oleum quod excreverat ora dolii transiens pavimentum inundabat loci in quo incubuerat. Quod cum benedictus dei famulus aspexit protinus orationem complevit atque in pavimento oleum defluere cessavit. Tunc diffidentem inobedientemque monachum latius admonuit ut fidem haberet et humilitatem disceret. Idem vero frater salubriter correptus erubuit quia venerabilis pater virtutem omnipotentis domini quam in admonitione intimaverat miraculis ostendebat. Nec erat iam ut quisquam de eius promissionibus dubitare posset qui in uno eodemque momento pro vitreo vase pene vacuo plenum oleo dolium reddidisset.

Quadam Cap xx nonum

Quadam die dum ad beati Iohannis oratorium quod in ipsius montis celsitudine situm est pergeret antiquus hostis in mulo medici specie obviam factus est cornu et tripedicam ferens. Qui cum requisisset dicens: Ubi vadis? Ille respondit: Vado ad fratres potionem eis dare. Itaque perrexit venerabilis pater Benedictus ad orationem qua completa concitus rediit. Malignus vero spiritus unum seniorem monachum invenit aquam haurientem in quem statim ingressus est eumque in terram proiecit et vehementissime vexavit. Quem cum vir dei ab oratione rediens tam crudeliter vexari conspiceret ei solummodo alapam dedit et malignum ab eo spiritum protinus excussit ita ut ad eum ulterius redire non auderet.

Petrus Velim nosse si hec tanta miracula virtute semper orationis impetrabat an aliquando etiam solo voluntatis exhibebat nutu.

Gregorius Qui devota mente deo adherent cum rerum necessitas exposcit exhibere signa utroque modo solent ut mira queque aliquando ex prece faciant aliquando ex potestate. Cum enim Iohannes dicat: Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri, qui filii dei ex potestate sunt quid mirum si signa ex potestate facere valent. Nam quia utroque modo miracula exhibeant testatur Petrus qui Tabitam mortuam orando suscitavit, Ananiam vero et Saffiram mentientes morti increpando tradidit. Neque enim orasse in eorum extinctione legitur sed solummodo culpam quam perpetraverant increpasse. Constat ergo quia aliquando hec ex potestate aliquando vero exhibent ex postulatione dum et istis vitam increpando abstulit et illi reddidit orando. Nam quoque fidelis dei famuli benedicti facta nunc replico in quibus aperte claret alia hunc accepta divinitus ex potestate alia ex oratione potuisse.

Gothorum Cap xxx

Gothorum quidam Galla nomine perfidie fuit arriane qui totile regis eorum temporibus contra catholice ecclesie religiosos viros ardore immanissime crudelitatis exarsit, ut si quis ei clericus monachusve ante faciem venisset ab eius manibus vivus nullo modo recederet. Quadam vero die avaritie sue estu succensus in rapinam rerum inhians dum quendam rusticum crudelibus tormentis affligeret eumque per supplicia diversa laniaret victus penis rusticus sese res suas benedicto dei famulo commendasse professus est, ut dum hoc a torquente creditur suspensa interim crudelitate ad vitam hore raperentur. Tunc isdem Galla cessavit rusticum tormentis affligere sed eius brachia

brachia loris fortibus astringeret an equum suum cepit compellere ut quis esset benedictus qui eius res susceperat demonstraret. Quo ligatis brachiis rusticus antecedens duxit ad sancti viri monasterium eumque ante ingressum celle solum sedentem reperit et legentem. Subsequenti autem et sevienti galle rusticus dixit: Ecce iste est de quo dixeram benedictus pater. Quem dum fervido spiritu cum perverse mentis insania fuisset intuitus eo terrore quo consueverat acturum se existimans magnis vocibus cepit clamare dicens: Surge surge et res istius rustici redde quas accepisti. Ad cuius vocem vir dei protinus oculos levavit a lectione eumque mox intuitus etiam rusticum qui ligatus tenebatur attendit. Ad cuius brachia dum oculos deflexisset miro modo tanta se celeritate ceperunt ligata brachiis lora dissolvere ut dissolui tam concite nulla hominum potuisset festinatione. Cumque is qui ligatus venerat cepit subito astare solutus ad tante potestatis vim tremefactus galla ad terram corruit et cervicem crudelitatis rigide ad eius vestigia inclinans orationibus se illius commendavit. Vir autem sanctus a lectione minime surrexit sed vocatis fratribus eum introrsus tolli precepit ut benedictionem acciperet. Quem ad se reductum ut a tante crudelitatis insania quiescere deberet admonuit. Qui fractus recedens nil ultra petere de rustico presumpsit quem vir dei non tangendo sed respiciendo solverat. Hec est petre quod dixi quia qui omnipotenti deo familiarius serviunt aliquando mira facere ex potestate possunt. Nam qui ferocitatem gothi terribilis sedens repressit lora vero nodosque ligature que innocentis brachia astrinxerant oculis dissolvit ipsa miraculi celeritate indicat quia ex potestate acceperat habere quod fecit. Adiungo quoque quantum et quale miraculum orando voluit obtinere. Capitulum XXXI

Quadam die cum fratribus ad agri opera egressus fuerat. Quidam vero rusticus defuncti filii corpus in ulnis ferens orbitatis luctu estuans ad monasterium venit benedictum patrem quesivit. Cui cum dictum esset quia isdem pater cum fratribus in agro moraretur protinus ante monasterii ianuam mortuum filii corpus proiecit et dolore turbatus ad inveniendum venerabilem patrem sese concitus in cursum dedit. Eadem vero hora vir dei ab agri opere iam cum fratribus revertebatur. Quem mox ut orbatus rusticus aspexit clamare cepit: Redde michi filium meum redde michi filium meum. Vir autem dei in hac voce substitit dicens: Numquid ego filium tuum abstuli? Cui ille respondit: Mortuus est sed veni resuscita eum. Quod mox ut dei famulus audivit valde contristatus est dicens: Recedite fratres recedite. Hec nostra non sunt sed apostolorum dei. Quid nobis onera vultis imponere que non possumus portare? At ille quem nimius cogebat dolor in sua petitione perstitit iurans quod non recederet nisi eius filium resuscitaret. Quem mox dei famulus inquisivit dicens: Ubi est? Cui ille respondit: Ecce corpus eius ad ianuam monasterii iacet. Ubi dum vir dei cum fratribus pervenisset flexit genu et super corpusculum infantis incubuit seseque erigens ad celum palmas tetendit dicens: Domine non aspicias peccata mea sed fidem huius hominis qui resuscitari filium suum rogat et redde huic puero animam quam abstulisti. Vix in oratione verba compleverat

et redeunte anima ita corpusculum
pueri contremuit sic ut sub oculis
omnium qui aderant cunctis appareret
concussione mirifica tremendo pal
pitasse. Cuius mox manum tenuit
et eum patri suo viventem atque incolumem
dedit. Liquet Petre quia hoc miraculum
in potestate non habuit quod prostratus petiit
ut exhibere potuisset. **Petrus**

Sic cuncta esse ut asseris constat
patenter quia verba que proposueras
rebus probas. Sed queso te ut indices
si sancti viri omnia que voluerunt poterant
et cuncta impetrabant que desiderabant
obtinere. **Gregorius** Cap. xxxiii

Quis erit Petre in hac vita
Paulo sublimior qui de carnis
sue stimulo ter dominum rogavit et tamen
quod voluit obtinere non valuit. Ex
qua re necesse est ut tibi de venerabili patre
Benedicto narrem quia fuit quod
fuit quod voluit sed non valuit im
plere. Soror namque eius Scolastica
nomine ab omnipotenti deo ab ipso
infancie tempore dedicata ad eum semel
per annum venire consueverat. Ad quam vir
dei non longe extra ianuam in possessione
monasterii descendebat. Quadam vero die
venit ex more atque ad eam cum discipulis
eius venerabilis descenderat frater. Qui to
tum diem in dei laudibus sacrisque collo
quiis ducentes incumbentibus iam noctis
tenebris simul acceperunt cibos. Cumque
adhuc ad mensam sederent et inter sacra
colloquia tardior se hora protraheret
eadem sanctimonialis femina soror eius
eum rogavit dicens. Queso te ne ista
nocte me deseras ut usque mane
aliquid de celestis vite gaudiis
loquamur. Cui ille respondit quid est
quod loqueris soror. Manere extra cellam
nullatenus possum. Tanta vero erat ce
li serenitas ut nulla in aere nubes
appareret. Sanctimonialis autem femina

cum verba fratris negantis audisset insertas
digitis manus super mensam posuit
et caput in manibus omnipotentem deum ro
gatura declinavit. Cumque levaret de men
sa caput tanta coruscacionis et tonitrui
virtus tantaque inundacio pluvie eru
pit ut neque venerabilis Benedictus neque
fratres qui cum eo aderant extra limen quo con
sederant pedem movere potuissent. Sancti
monialis quippe femina caput in ma
nibus declinans lacrimarum fluvios in
mensam fuderat per quos serenitatem aeris
ad pluviam traxit. Nec paulo tardius
post orationem inundacio illa secuta est sed
tanta erat convenientia orationis et in
undacionis ut de mensa caput iam cum
tonitruo levaret quatenus unum idemque
esset momentum et levare caput et plu
viam deponere. Tunc vir dei inter corus
cationes et tonitrua atque ingentis plu
vie inundacionem videns se ad monasterium
non posse remeare cepit conqueri contristatus
dicens. Parcat tibi omnipotens deus soror quid est
quod fecisti. Cui illa respondit. Ecce te ro
gavi et audire me noluisti. Rogavi domi
num et audivit me. Modo ergo si potes
egredere et me dimissa ad monasterium
recede. Ipse autem exire extra tecti limen
non valens qui remanere sponte noluit
in loco mansit invitus. Sicque factum
est ut totam noctem pervigilem ducerent
atque per sacra spiritualis vite colloquia se
se vicaria relatione satiarent. Qua de
re dixi eum voluisse aliquid sed minime
potuisse quia si venerabilis viri mentem as
picimus dubium non est quod eandem serenitatem
voluit in qua descenderat permanere.
Sed contra hoc quod voluit in
virtute omnipotentis dei ex femine pec
tore miraculum invenit. Nec mirum quod
plus illa femina que diu fratrem videre
cupiebat in eodem tempore valuit quia
iuxta Iohannis vocem deus caritas
est iusto valde iudicio illa plus potuit

que amplius amabant. **Petrus** Fateor multum placet quod dicis. **Gregorius** Cumque die altero eadem venerabilis femina ad cellam propriam recessisset, vir dei ad monasterium rediit. Cum vero post triduum in cella consistens elevatis in aera oculis vidit eiusdem sororis sue animam de eius corpore egressam in columbe specie celi secreta penetrare. Qui tante glorie eius congaudens omnipotenti deo in ympnis et laudibus gratias reddidit, eiusque obitum fratribus denunciavit. Quos etiam protinus misit ut eius corpus ad monasterium deferrent, atque in sepulcro quod sibi ipse paraverat ponerent. Quo facto contigit, ut quorum mens una semper in deo fuerat, eorum quoque corpora nec sepultura separaret. Alio quoque tempore Servandus diaconus atque abbas eius monasterii, quod in Campanie partibus a Liberio quondam patricio fuerat constructum, ad eum visitacionis gratia ex more convenerat. Eius quippe monasterium frequentabat, et quia isdem quoque vir doctrina gratie celestis affluebat, dulcia sibi invicem vite verba transfunderent, et suavem cibum celestis patrie, quia adhuc perfecte gaudendo non poterant, saltem suspirando gustarent.

Cum vero Capitulum xxxiii

Cum vero iam quietis exigeret hora, in cuius turris superioribus se venerabilis Benedictus, in eiusdem quoque inferioribus se Servandus diaconus collocavit, quo videlicet in loco inferiora superioribus pervius continuabat ascensus. Ante eandem vero turrim largius erat habitaculum, in quo utrorumque discipuli quiescebant. Cumque vir domini Benedictus adhuc quiescentibus fratribus instans vigiliis nocturne orationis tempora prevenisset, ad fenestram stans et omnipotentem dominum deprecans, subito intempeste noctis hora respiciens vidit fusam lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse, tantoque splendore clarescere, ut diem vinceret lux illa, que inter tenebras radiasset. Mira autem valde res in hac speculatione secuta est, quia sicut ipse post narravit, omnis etiam mundus velut sub uno solis radio collectus ante oculos eius adductus est. Qui venerabilis pater dum intentam oculorum aciem in hoc splendore corusce lucis infigeret, vidit Germani Capuani episcopi animam in spera ignea ab angelis in celum ferri. Tunc tanti sibi testem volens adhibere miraculi, Servandum diaconum iterato bis terque eius nomine cum clamoris magnitudine vocavit. Cumque ille fuisset insolito tanti viri clamore turbatus, ascendit, respexit, partemque iam lucis exiguam vidit. Cui tantum hoc stupenti miraculum vir dei per ordinem que fuerant gesta narravit. Statimque in Cassinum castrum religioso viro Theoprobo mandavit, ut ad Capuanam urbem sub eadem nocte transmitteret, et quid de Germano episcopo ageretur agnosceret et indicaret. Factumque est, et reverentissimum virum Germanum episcopum is qui missus fuerat iam defunctum repperit, et requirens subtiliter agnovit eodem momento fuisse illius obitum, quo vir domini eius cognovit ascensum. **Petrus** Mira res valde et vehementer stupenda. Sed hoc quod dictum est, quia ante oculos ipsius quasi sub uno solis radio collectus omnis mundus adductus est, sicut nunquam expertus sum, ita nec conicere scio. Quonam etenim ordine fieri potest ut mundus omnis ab homine uno videatur? **Gregorius** Fixum tene, Petre, quod loquor, quia anime videnti creatorem angusta est omnis creatura. Quamlibet etenim parum de luce creatoris aspexerit, breve ei fit omne quod creatum est, quia ipsa luce visionis intime mentis laxatur sinus, tantumque expanditur in deo, ut superior existat mundo. Fit vero ipsa videntis anima etiam super semetipsam. Cumque in dei lumine rapitur super se, in interioribus ampliatur, et dum sub se

conspicit exaltata comprehendit quam breve sit quod comprehendere inferius non poterit. Vir ergo dei qui intueri globum igneum potuit angelos quoque in caelum redeuntes videbat, haec procul dubio cernere non nisi in dei lumine poterat. Quid itaque mirum si mundum ante se collectum vidit qui sublevatus in mentis lumine extra mundum fuit. Quod autem collectus mundus ante eius oculos dicitur non caelum et terra contracta est, sed videntis animus dilatatus qui in deo raptus videre sine difficultate potuit omne quod infra deum est. In illa ergo luce quae exterioribus oculis fulsit, lux interior in mente fuit, quae videntis animum quo ad superiora rapuit, et quam angusta essent omnia inferiora monstravit. **Petrus**

Videor mihi utiliter non intellexisse quae dixeras quando ex tarditate mea tantum crevit expositio tua. Sed quia haec liquide meis sensibus infudisti, quaeso ut ad narrationis ordinem redeas. **Gregorius**

Capitulum XXXIIII

Libet Petre adhuc de hoc venerabili patre multa narrare, sed quaedam eius studiose praetereo, quia ad aliorum gesta evolvenda festino. Hoc autem nolo te lateat, quia vir dei inter tot miracula quibus in mundo claruit, doctrinae quoque verbo non mediocriter fulsit. Nam scripsit monachorum regulam discretione praecipuam, sermone luculentam. Cuius si quis velit subtilius mores vitamque cognoscere, potest in eadem institutione regulae omnes magisterii illius actus invenire, quia sanctus vir nullo modo aliter potuit docere quam vixit. 37

C XXXV

Eodem vero anno quo de hac vita erat exiturus, quibusdam discipulis secum conversantibus, quibusdam longe manentibus sanctissimi obitus denuntiavit diem, praesentibus indicens ut audita per silentium tegerent, absentibus vero indicans quod vel quale eis signum fieret quando eius anima de corpore exiret. Ante sextum vero obitus sui diem aperiri sibi sepulturam iubet. Qui mox correptus febribus acri coepit ardore fatigari. Cumque per dies singulos languor ingravesceret, sexto die portari se in oratorium a discipulis fecit, ibique exitum suum dominici corporis et sanguinis perceptione munivit, atque inter discipulorum manus imbecilla membra sustentans, erectis in caelum manibus stetit, et ultimum spiritum inter verba orationis efflavit. Qua scilicet die duobus fratribus, uni in cella posito, alteri autem longius, revelatio unius atque indissimilis visionis apparuit. Viderunt namque quia strata palliis atque innumeris coruscans lampadibus via recto orientis tramite ab eius cella in caelum usque tendebatur. Cui venerando habitu vir desuper clarus assistens, cuius esset via quam cernerent inquisivit. Illi autem se nescire professi sunt. Quibus ipse ait: Haec est via qua dilectus domino caelum Benedictus ascendit. Tunc itaque sancti viri obitum sicut praesentes discipuli viderunt, ita absentes ex signo quod eis praedictum erat agnoverunt. Sepultus vero est in oratorio beati Iohannis baptistae, quod destructa ara Apollinis ipse construxit. Qui et in specu in quo prius Sublacus habitavit, nunc usque si petentium fides exigat miraculis coruscat. 36

Capitulum XXXVI

Nuper namque est res gesta quam narro, quia quaedam mente capta mulier, dum sensum funditus perdidisset, per montes et valles, silvas et campos die et nocte vagabatur, ibique tantummodo quiescebat ubi hanc quiescere lassitudo coegisset

Quadam vero die dum vaga nimium
erraret ad beati viri benedicti patris
specum devenit ibique nesciens ingressa
mansit. Facto autem mane ita sanato
sensu egressa est ac si eam insania
capitis nulla tenuisset. Que omni vi-
te sue tempore in eadem qua acceperat
salute permansit. **Petrus** Quid
nam esse dicimus quod plerumque in ipsis
quoque patrociniis martirum sic esse sentimus
ut non tanta per sua corpora quanta bene-
ficia per suas reliquias ostendant atque
illic maiora signa faciant ubi minime
per semetipsos iacent. **Gregorius**
Ubi in suis corporibus sancti martires
iacent non est dubium petre quod multa
valeant signa monstrare sicud faciunt
et pura mente querentibus innumera
miracula ostendunt. Sed quia ab infirmis
potest mentibus dubitari utrumne ad exau-
diendum ibi presentes sint ubi constat quia
in suis corporibus non sint ibi eos necesse est
maiora signa ostendere ubi de eorum
presentia potest mens infirma dubitare. Quorum
enim mens in deo fixa est tanto magis
habet fidei meritum quanto illic eos novit et
non iacere corpore et tamen non deesse ab
exauditione. Unde et ipsa quoque veritas
ut fidem discipulis augeret dixit: Si non abie-
ro paraclitus non veniet ad vos. Cum
enim constet quia paraclitus spiritus ex patre
semper procedat et filio cur se filius reces-
surum dicit ut ille veniat qui a filio num-
quam recedit. Sed quia discipuli in carne dominum
corporeis oculis cernentes semper
oculis videre sitiebant recte eis dicitur:
Nisi ego abiero paraclitus non veniet. Ac
si aperte diceretur: Si corpus non subtraho
quis sit amor spiritus non ostendo. Et nisi
me desieritis corporaliter cernere numquam me
discetis spiritualiter amare. **Petrus**
Placet quod dicis. **Gregorius**
Paululum iam a locutione cessan-
dum est ut si ad aliorum miracula enarranda
tendimus loquendi vires interim per silen-
tium reparemus.

Finis secundi dialogo

Incipit liber tercius

Dum coruscis valde patribus
intendo maiorum facta reli-
queram ita ut Paulini
miraculum Nolane urbis
episcopi qui multos quorum me-
mini virtute et tempore precessit memorie
defuisse videatur. Sed ad priora
nunc redeo ea que quanta valeo brevitate
perstringo. Sicut enim bonorum facta in-
notescere citius similibus solent se
moribus nostris per historiarum exempla gra-
dientibus predicti venerabilis viri celebre
nomen innotuit cuius quoque opus ad ammirationem
ad eorum se instruenda studia tetendit.
Quorum michi narratio fuit gravitati tam
certe credere ac si ea que dixerit meis
oculis vidissem. Dum sevientium Wan-
dalorum tempore fuisset Italia in Campanie
partibus depopulata, multi quoque essent ex
hac terra in Affricanam regionem trans-
ducti, vir domini Paulinus cuncta que
ad episcopi usum habere potuit captivis indi-
gentibus quoque largitus est. Cumque iam
nichil omnino superesset quod petentibus clare
dare potuisset, die quadam vidua quedam
advenit que a regis Wandalorum genero
suum filium in captivitatem ductum fuisse per-
hibuit, atque a viro dei eius precium
postulavit, si forte dominus illius dum
hoc dignaretur accipere et hunc concederet
ad propria remeare. Sed vir dei magno opere
petenti femine quid dare potuisset inquirens
nichil se aput aliud nisi se invenit.
Quedam petenti quoque femine respondit dicens
Mulier quod possim dare non habeo, sed
me ipsum tolle. Me servum viri tui profitere
esse atque ut filium tuum recipias me ser-
uum tuum te vice illius in servicium trade.
Quod illa ex ore tanti viri audiens ir-
risionem potius credidit quam compassionem.
Sed ille ut erat vir dei eloquentissimus atque
ad prime exterioribus quoque studiis eru-
ditus dubitanti femine citius persuasit,

ut audita crederet et pro receptione filii
sui episcopum in servitium tradere non dubitaret.
Perrexit igitur uterque ad Affricam. Proce-
dente autem regis genero, qui eius filium
habebat, vidua rogatura se obtulit
et prius petiit ut ei donari debuisset.
Quod cum vir barbarus typo superbie
turgidus gaudio transitorie prosperitatis
inflatus non solum facere sed et audire
despiceret, vidua subiunxit dicens: Ecce
hunc hominem vicarium pro eo prebeo, et so-
lummodo pietatem in me exhibe michi,
et unicum filium redde. Cumque ille ve-
nusto vultu hominem conspexisset, quam
artem nosset inquisivit. Cui vir domini
Paulinus respondit dicens: Artem quidem
aliquam nescio, sed ortum bene excolere
scio. Quod vir gentilis valde libenter
accepit cum in nutriendis oleribus quia
peritus esse audivit. Suscepit itaque servum
et roganti vidue reddidit filium. Quo
accepto vidua ab Affricana regione
discessit. Paulinus vero excolendi
orti suscepit curam. Cumque isdem regis
gener crebro ingrederetur ortum suum et
ab ortulano quedam verba requireret,
sapientem quoque esse valde hominem videret,
amicos cepit familiares deserere et se-
pius cum suo ortulano colloqui atque eius
sermonibus delectari. Cui Paulinus quot-
tidie ad mensam odoriferas virentes
quoque herbas deferre consueverat, et accepto
pane ad curam orti remeare. Cumque hoc
diucius ageretur quadam die suo domino
secreto secretius loquenti ait: Vide quid
agas, et Wandalorum regnum quomodo
disponi debeat provide, quia rex citius
et sub omni celeritate est moriturus. Quod
ille audiens quia ab eodem rege pre
ceteris diligebatur, ei minime tacuit, sed
quia a suo ortulano sapiente vero scilicet
viro indicavit agnovisse. Quod cum
rex audisset, illico respondit: Ego vellem hunc

de quo loquis hominem videre Cum ge
ner eius venerabilem paulinum temporalibus do
nis erudit dicens / venientes hortulani mihi
ad prandium deferre consueverunt Quas itaque hic
ad mensam deportare facio / ut quis sit
quid mecum hoc est locutus agnoscas / factum
que est et cum rex ad prandium discumberet
paulinus ex suo opere ad horam quoque
ei cum ceteris olerum cultoribus delatus advenit
Quem rex subito conspexisset contre
muit atque a sancto eius domino filio per filiam
propinquo / et secretum quod prius absconderat
indicavit dicens Verum est quod audisti
Nam in hac nocte in sompnio sedentes
in tribunalibus contra me iudices vidi
inter quos iste etiam simul sedebat / et flagel
lum quod aliquando per ipsum acceperam mihi
iudicio tollebatur Sed percunctare quis
nam sit Nam ego hunc tanti meriti vi
rum popularem ut conspicio esse non sus
picor Tunc regis gener secreto pau
linum requisivit quis nam esset Cui sanctus
vir dominus respondit Servus tuus sum
qui pro filio vidue substitutus veni Quod
Cumque instanter ille inquireret / ut non quis modo
esset sed quid fuisset in sua terra indicaret / atque
hoc ab eo iteratione frequentius inquisitionis
exigeret Vir domini constrictus magnis
iurationibus iam non valens negare
quod esset episcopum se fuisse testatus est Quod
possessor eius audiens valde pertimuit
atque humiliter postulavit dicens Pete quod
vis quatinus ad terram tuam a me cum magnis
muneribus revertaris Cui vir domini / paulinus
ait Unum est quod dico quod mihi impendere
beneficium potes / ut omnes civitatis mee
captivos relaxes Qui cum cuncti protinus
in affricana regione requisiti cum hominibus
sanctis in navibus pro venerabilis viri pau
lini satisfactione in eius comitatu laxa
ti sunt Post non multos vero dies Wanda
lorum rex occubuit et flagellum quod ad sua
perniciem dispensante deo pro fidelium di
sciplina tenuerat amisit Sicque factum

est / ut omnipotentis dei famulus pau
linus prediceret / et qui se in servicium
solum tradiderat cum multis a servicio
ad libertatem rediret / illum videlicet imi
tatus qui formam servi assumpsit ne nos
essemus servi peccati Cuius sequens vestigia
paulinus ad tempus servus voluntarie
rie factus est solus / ut esset post modum
liber cum multis **Petrus** Cum
me audire contingit que imitari non va
leo flere magis libet quam aliquid dicere
Gregorius De cuius etiam mor
te apud eius ecclesiam scriptum est quia
cum dolore esset lateris tactus ad extrema
perductus est / cunctaque eius omnia domus
in sua soliditate persisteret cubiculum
in quo iacebat / eger / facto terre motu con
tremuit / omnesque qui illic aderant
nimio terrore concussit / sicque sancta illa
anima carne soluta est / factum est ut ma
gnus pavor invaderet eos qui pau
lini mortem videre potuissent Sed quia
hec quam superius diximus paulini virtus
valde est intima Nunc si placet ad mi
racula exteriora veniamus que multis
iam nota sunt / et ego tam religiosorum
virorum relatione didici ut de hiis omnino
ambigere non possum Capitulum ii

Gothorum tempore dominus Johannes
vir beatissimus huius romane
ecclesie pontifex ad Justinum seniorem
principem pergeret in chorinti partibus
advenit cui necesse fuit ut in itinere ad se
dendum equus requiri debuisset Quem illic
quidam vir nobilis audiens equum quem
pro magna mansuetudine eius coniux sedere
consueverat / ita ei obtulit / ut de eo loco
ad alia proveniente / ut aptus equus po
tuisset inveniri debeat ille quem dederat
per suum quingentos transmitti Factumque est quod
et usque ad certum locum predictus vir
equo eodem subvehente perductus est
Quem mox ut alium repperit illum quem acce
perat remisit Cumque eum predicti nobilis

viri sedere ex more voluisset eorum portare
tra non valuit / quia post sessionem tanti
pontificis vilem ferre recusavit sessorem. Sep-
namque inmenso flatu / et fremitu atque
incessanti totius corporis motu quasi
despiciendo prodere / quia pro membra
pontificis vilem ferre non posset. Quod
vir eius prudenter intuitus / hunc ad
eundem venerabilem virum protinus remi-
sit / petens magnis precibus ut eum
ipse possideret / qui viri suo sedendo de-
dicasset. De quo etiam illud mirabile a
nostris senioribus solet narrari / quod in
constantinopolitana urbe ad portam /
que vocatur aurea veniens populorum
turbis sibi occurrentibus / in conspectu
omnium ceco lumen reddidit / et manum su-
perposita oculorum tenebras fugavit.

Capitulum iii

Post non multum vero temporis exigente causa
gothorum vir quoque beatissimus agapitus /
huius sancte ecclesie Romane pontifex
cui deo dispensante deservio ad iusti-
nianum principem accessit. Cui adhuc
pergenti quadam die in greciarum par-
tibus curandus oblatus est /
mutus et claudus / qui neque ullum verbum
poterat edere neque ex terra umquam
exsurgere valebat. Cumque hunc propin-
qui illius flentes obtulissent vir domini
requisivit / an curacionis illius haberent
fidem. Cui dum in virtute dei ex aucto-
ritate sancti petri fixam salutis illius
spem habere se dicerent / protinus vene-
randus vir oracioni incubuit / et missa-
rum sollempnia exorsus sacrificium in con-
spectu dei omnipotentis immolavit. Pro-
pterea ab altari exiens claudi manum
tenuit atque assistente / et aspiciente populo
eum mox a terra propriis gressibus erexit.
Cumque ei dominicum corpus in os
mitteret illa diu muta / ad loquendum
lingwa soluta est. Mirati omnes
flere pre gaudio ceperunt eorumque me-
tus illico et metus / et reverencia invasit
eorum corda cernentes / quod agapitus facere
in virtute domini ex adiutorio petri po-
tuisset.

Capitulum iiii

Eiusdem quoque principis tempore
cum datius mediolanensis urbis
episcopus / causam fidei exactus ad constanti-
nopolitanam urbem pergeret / chorinthum
devenit. Qui dum largam domum ad hos-
pitandum quereret / que comitatum illius
totum ferre potuisset / et vix inveniret
aspexit eminus domum congruentis ma-
gnitudinis eamque sibi ad hospitandum
parari iussit. Cumque eiusdem loci incole
dicerent et ea in ea hunc manere non posse
/ quia multis iam annis hanc diabolus
inhabitaret atque ideo vacua remansisset
vir venerabilis datius induit dicens: ymmo ideo
hospitari in domo eadem debemus si hanc
malignus spiritus invasit et ab ea homi-
num habitacionem repulit. In ea igitur sibi
parari precepit securusque illam antiqui
hostis certamina tolleraturus intravit.
Itaque in tempeste noctis silencio cum vir
dei quiesceret / antiquus hostis immensis
vocibus / magnisque clamoribus cepit
imitari rugitus leonum / balatus pecorum /
et asinorum / sibilos serpentum porcorum
stridores et sorigum. Tunc repente datius
tot bestiarum vocibus excitatus surrexit
vehementer iratus / et contra antiquum
hostem magnis cepit vocibus clamare
dicens / Bene tibi contigit miser / tu ille
qui dixisti ponam sedem meam ab aquilone
/ et ero similis altissimo / ecce per superbiam
tuam porcis et soricibus similis factus
et qui imitari deum indigne voluisti / ec-
ce ut dignus es bestias imitaris. Ad qua-
m eius vocem ut ita dicam spiritus mali-
gnus deieccionem suam erubuit. An non
erubuit qui eandem domum ad exhiben-
da monstra / que consueverat ultimus non

~~intravit~~ intravit. Sic quoque postmodum
fidelium habitaculum facta est, in qua
dum in ea primus veritatis fidelis est
ingressus, ab ea primus mendax
spiritus atque infidelis abscessit abscessit.

Petrus Gaudeo in corde hoc sa
pere posse sola fide credendum an sciri
te posse. **Gregorius** Ex multis
eius aliis actibus agnosco sola
quae fide contra malignum spiritum praeva
luisse considero. Sed oportet iam ut
priora exsequamur et ad ea quae diebus
nostris sunt gesta redeamus. Cap v

Quidam etenim religiosi viri apud
hic provinciae probabiles cogniti hoc
quod apud multorum notitiam longe late
que percrepuit de Sabino Canusinae urbis
episcopo testari solent, quia isdem vir longo
iam senio oculorum lumen amiserat,
ita ut omnino nihil videret.
Quem rex Gothorum Totila prophe
tiae spiritum audiens minime credidit, sed pro
bare studuit quod audivit. Qui cum in
eisdem partibus devenisset, hunc vir Dei
ad prandium rogavit. Cumque iam ventum
esset ad mensam, rex discumbere noluit,
sed ad Sabini venerabilis viri dexteram sedit.
Cumque vir eidem patri puer ex more
vinum poculum praeberet, rex silenter
manum tetendit, calicem abstulit atque per
se episcopo vice pueri praebuit, ut videret an spiritu
prudentiae discerneret quis ei poculum praebe
ret. Tunc vir Dei accipiens calicem, sed
tamen ministrum non videns, dixit: Vivat
ipsa manus. De quo verbo rex laetus eru
buit, quia quamvis ipse deprehensus esset,
in viro tamen Dei quod quaerebat invenit.
Huius autem venerabilis viri exemplum
vitae sequentium, cum in longum senium
vita traheretur, eius archidiaconus
ambitione adipiscendi episcopatus
adhuc adipiscendi accensus, eum ex
tinguere veneno molitus est. Qui

cum vinifusorem eius corrupisset
ut mixtum potius ei venenum poculum praeberet
refectionis hora, quod iam vir Dei ad edendum
discubuerat, cuius praemiis corruptus puer
hoc quod ab archidiacono eius acceperat
veneni poculum obtulisset, cui statim ve
nerabilis episcopus dixit: Bibe tu hoc quod
mihi bibendum praebes. Tremefactus puer de
prehensum se esse sentiens, maluit moriturus
bibere, quam poenas pro illa tanti homicidii
culpa tolerare. Cumque sibi ad os calicem
duceret, vir Domini eum compescuit dicens: Non bi
bas, da mihi, ego bibam, sed vade, dic ei
qui tibi illud dedit: Ego quidem venenum
bibo, sed tu episcopus non eris. Facto igitur sig
no crucis venenum episcopus bibit securus. Ea
demque hora in loco alio quo inerat
archidiaconus defunctus est, ac si per
episcopi os ad archidiaconi illa venena trans
irent viscera. Cui tamen ad inferendam mortem
venenum corporale defuit, sed hunc in con
spectu aeterni iudicis venenum suae malitiae
occidit. **Petrus** Mira sunt haec quae
narras et nostris valde stupenda temporibus,
sed talis eiusdem viri vita perhibetur,
ut quam conversationem eius agnoverit, virtu
tem non debeat mirari. **Gregorius**

Neque Cap vi
hoc, Petre, sileam, quod multi nunc
quoque qui hic degunt narrante eo cui res innotuit adsunt, qui sedu
lo testificantur. Eodem namque Gothorum
tempore cum perfidus rex Totila Narniam venisset,
ei vir vitae venerabilis Cassius eiusdem urbis
episcopus occurrit. Cui quia ex complexione semper
facies rubere consueverat, hoc rex Totila
non ex complexionis esse credidit, sed assiduae po
tationis, eumque omnino despexit. Sed omnipotens
Deus ut quantus vir esset quem despiciebatur
ostenderet, in Narniensi campo quo rex
advenerat spiritus malignus coram omni
exercitu eius spatharium invasit, eumque vexa
re crudeliter coepit. Qui cum ante regis ocu
los ad venerabilem virum Cassium adductus

esset / hunc ab eo vir domini ordine sacro
signo crucis expulit / quem ingredi ultimo
non presumpsit / meum dicit quod factum est ut
rex barbarus famulum dei ab illo iam die
venerari et corde / quem despectum valde
iudicabat ex facie / Nam quia virum tante
virtutis sit vidit / erga eum mens illa
efferata ab elacionis fastu detinuit. Gre. VII

Sed quod domini facta fortium virorum
narro repente ad memoriam venit / quod
erga andream fundane civitatis episcopum
divina misericordia fecerit / quod idcirco legentibus ad
hoc ut valeat ... / quatinus qui corpus
suum continencie dedicat / habitare cum feminis
sanctis non presumat / ne ruina mentis tan-
to repentina subripiat / quanto ad hoc
quod male concupiscitur etiam presencia concupite
femine forme famulatur / Nec res est am-
bigua / quia narro quia pene tanti de ea
testes sunt / quanti et eiusdem loci habitatores
existunt / Hic namque venerabilis vite cum
vitam multis plenam virtutibus du-
ceret / seque sub sacerdotali custodia in conti-
nencie arte custodiret / quandam sanctimonialem
feminam quam secum prius habuerat
noluit / ab episcopi sui cura repellere / sed certus
de sua eiusque continencia secum hanc permisit
habitare / Ex qua re actum est ut antiquus
hostis aditum apud eum ad tentacionis
exquireret / Nam cepit speciem illius oculis
mentis eius imprimere ut perfectus ne-
fanda cogitaret / Quadam vero die quidam
Iudeus ex Campanie partibus romam
veniens / appie carpebat iter / Qui ad fun-
danum clivum perveniens / cum iam diem vesperascere
cerneret et quo declinare posset minime repe-
riret / iuxta Appollinis fuit templum ibique se ad
manendum contulit / Qui ipsum loci illius
sacrilegium pertimescens / quamvis fidem crucis
non haberet / signo tamen crucis se munire
curavit / Nocte autem media ipso solitu-
dinis pavore turbatus pervigil iacebat
et repente conspiciens vidit malignorum
spirituum turbam / quasi in obsequium cuiusdam
potestatis preire / eum vero qui ceteris preerat
in eiusdem loci gremio consedisse / Qui
cepit singulorum spirituum obsequencium sibi
causas actusque discutere / quatinus unusquisque
quantum nequicie egisset inveniret / Cumque
singuli spiritus ad inquisicionem eius expo-
nerent / quid operati contra bonos fuissent
unus in medio prosiluit / qui in andree
episcopi animum per speciem sanctimonialis femine que
in episcopatu eius habitabat / quantam
temptacionem carnis commovisset exposuit
Cum vero hoc malignus spiritus / qui preerat
inhianter audiret / et tanto sibi factum
lucrum crederet quanto sanctioris viri animum
ad lapsum perdicionis inclinaret / ille spiritus
qui hec eadem fatebatur adiunxit / quia
usque ad hoc usque die preterito vespertina
hora traxit / ut in terga eiusdem sanctimo-
nialis femine blandiens alapam daret
Tunc malignus spiritus atque humani generis
antiquus inimicus exhortatus hunc est
blande / ut perficeret quod cepisset / quatinus
ruine illius singularem inter ceteros palmam
teneret / Cumque iudeus qui advenerat hec
vigilans cerneret / et magna formidinis
anxietate palpitaret / ab eodem spiritu
qui cunctis illic obsequentibus preerat
iussum est / ut requirerent quis nam esset
ille / qui iacere in templo eodem presump-
sisset / Quem maligni spiritus pergentes
et subtilius intuentes crucis misterio
signatum viderunt / mirantesque dixerunt
Ve ve vas vacuum et signatum / Quibus
hec renunciantibus cuncta illa malignorum
spirituum turba disparuit / Iudeus
vero qui hec viderat illico surrexit / atque
ad episcopum sub festinacione pervenit / quem
in ecclesia sua reperiens seorsum tulit / qua

fidua

temptatione urgeretur inquisivit. Cum
confiteri episcopus temptationem suam noluit
verecundatus. Cui vero ille diceret quod
in illa tali femina pravi amoris oculos
iniecisset atque ad hoc episcopus negaret
ille adiunxit dicens: Quare negas quod
inquireris quia ad hoc usque hesterno
productus es die ut posteriora illius ala-
pa ferires. Ad quae inimici verba
deprehensum se episcopus intuens humiliter
confessus est quod prius pertinaciter ne-
gavit. Cuius ruine et verecundie iste
Iudeus consulens quali hoc cogno-
visset vel quid quae in conventu mali-
gnorum spirituum de eo audisset innotuit. Quod
ille cognoscens sese prostratus in orationem dedit.
Mox de suo habitaculo non solum eandem
Dei famulam feminam quaeque feminas que
in eius illicito obsequio habitabat expulit.
In eodem vero templo apostoli beati
Andree apostoli repente oratorium fecit
atque omni illa temptatione carnis fun-
ditus caruit. Iudeum vero cuius visione
atque increpatione salvatus est ad eter-
nam salutem traxit. Nam sacramentis
fidei imbutum atque aqua baptismatis
emundatum ad sancte ecclesie gremium per-
duxit. Sicque factum est ut Hebreus iste
dum saluti aliene consuluit pervenit
ad suam et omnipotens Deus inde alterum
ad bonam vitam perduceret unde in bona
vita alterum custodivisset. **Petrus**

Res hec gesta quam audivi et
metum mihi prebet et spem. **Gregorius**

Utraque sic oportet et de Dei nos pietatis
miseratione confidere et de nostra infirmitate
formidare. Ecce enim paradisi cedrum concus-
sam audivimus sed non evulsam quatinus
infirmis nobis et de eius concussione
nascatur timor et de eius stabilitate
fiducia. Capitulum VIII

Vir quoque venerabilis vite Consta-
ncius Aquinensis episcopus fuit qui
nuper predecessoris mei tempore bone memorie
Iohannis pape defunctus est. Hunc pro-
phetie habuisse spiritum multi testantur qui
eum familiariter scire potuerunt. Cuius inter
multa alia hoc ferunt religiosi veraces
quod viri qui presentes fuerunt quod in die obitus
sui eum circumstantibus civibus ut post de-
cessurus pater tam amabilis plangeretur
amarissime eum flendo requirerent dicentes
Quem post te patrem habebimus. Quibus
ipse pater respondit prophetie spiritu dicens: Post
Constantium mulionem post mulionem ful-
lonem aliquem et hoc habes. Ci-
vibus prophetie verbis editis vitale exalavit spiri-
tum spiritum. Quo defuncto eius ecclesie pasto-
ralem suscepit curam Andreas diaconus
illius qui quondam in stabulis itinerum
cursum servavit equorum. Atque hoc ex hac
vita subducto ad episcopatus ordinem Iovinus
adscitus est qui in eadem urbe fullo fu-
erat. Quo adhuc superstite ita cuncti in-
habitatores civitatis illius et barbarorum
gladiis et pestilentie immanitate vastati
sunt ut post mortem illius nec quis nec
quis episcopus fieret nec quibus fieret potuis-
set inveniri. Sicque completa est viri Dei
sententia quatinus post excessum duorum se se-
quentium eius ecclesia pastorem minime haberet.

Sed neque Capitulum IX

hoc sileam quod narrante viro ve-
nerabili Venantio Lunensi episcopo ante
biduum contigit agnovisse. Qui nam nature
ecclesie sibimet proxime fuisse vite venerabilis
virum Frigdianum nomine narrat episcopum. Eg-
hoc operatissimum fuisse accinctus illic habi-
tantibus testatur memorandum miraculum
quod Auserculus fluvius qui ex
urbis illius muros illius influxerat
influebat sepe in inundatione facta cursus
sui alveum egressus per agros diffundi con-
sueverat et que sata atque plantata inveni-
ret everteret. Cumque hoc crebro fieret
et magna eiusdem loci incolas necessitas
urgeret dato studio operis eum per loca
alia eius derivare conati sunt sed quamvis

diutius laboratum fuisset a proprio
alueo deflecti non potuit. Tunc vir domini
Fridianus rastrum sibi paruulum fecit
et ad alueum fluminis accessit, et solus
orationi incubuit atque eidem flumini pre-
cipiens ut sequeretur per loca que ei visa
sunt rastrum per terram traxit
quem mox relicto alueo proprio tota flu-
minis aqua secuta est, ita ut funditus
locum consueti cursus desereret, et ibi sibi
alueum ubi tracto per terram rastro
vir domini signum fecerat vendicaret, et
queque essent alimentis hominum pro futura
sata vel plantata ultra non lederet

Capitulum X

Quiddam quoque
venerabilis viri Venancii episcopi
aliud miraculum relatione cognovi quod
in Placentia urbe perhibet gestum. Quod
vir quoque reverendissimus Johannes
in hac nunc romana civitate locum per-
fectorum servans qui in eadem Placen-
cia urbe est ortus et nutritus ita ut
episcopus memorat quod gestum fuerat atte-
statur. In ea namque civitate Sabinum
nomine fuisse asserunt mire virtutis
episcopum. Cui dum die quadam suus dia-
conus nunciasset quod cursus sui Padus
alueum egressus ecclesie agros occupasset,
tota que illic loca nutriendis hominibus
pro futura aqua eiusdem fluminis teneret,
venerabilis vite Sabinus episcopus respondit
dicens: Vade et dic ei: Mandat tibi episcopus
ut te compescas et ad proprium alueum
redeas. Quod diaconus eius audiens
despexit et irrisit. Tunc vir dei a sato
notario dictavit dicens: Sabinus domini
nostri Jhesu Cristi servus commonitorium, pre-
cipio tibi Pado in nomine Jhesu Cristi
ut de alueo tuo in locis istis ulterius
non exeas, nec terras ecclesie ledere pre-
sumas. Atque eidem notario subiunxit
dicens: Vade hoc scribe et in aqua eiusdem
fluminis proice. Quo facto sancti viri
preceptum suscipiens statim se a terris
ecclesie fluminis aqua compescuit, atque ad
proprium alueum reversa exire ulterius in lo-
ca eadem non presumpsit. Qua in re, Petre,
quid aliud nisi inobediencium hominum
duritia confunditur, quod in virtute Jhesu
et elementum irrationabile sancti viri pre-
ceptis obedivit.

Cap. XI

Vir quoque vite venerabilis Cerbo-
nius Populoniensis episcopus mag-
nam diebus nostris sanctitatis sue pro-
bationem dedit. Nam cum hospitalitatis
studio valde esset intentus, die quadam
transeuntes milites hospitio suscepit
quos Gothis supervenientibus abscondit,
eorumque vitam ab illorum nequitia ab-
scondendo servavit. Quod cum Gothorum
regi perfido Totile nunciatum fuisset
crudelitatis inmanissime vesania succen-
sus, hunc ad locum qui octavo huius
urbis miliario Merulis dicitur, ubi tunc
tempore cum exercitu sedebat, iussit deduci
eumque in spectaculo populi ursis ad
devorandum proici. Cumque isdem rex per-
fidus in ipso quoque spectaculo consedisset
ad inspiciendam mortem episcopi magna turba
populi confluxit. Tunc episcopus deductus
est in medio atque ad eius mortem immanis-
simus ursus est exquisitus. Qui dum huma-
na membra crudeliter carperet semi-
regis animum satiaret. Dimissus itaque ur-
sus ex cavea est. Qui accensus et con-
citus episcopum petiit. Sed subito sue fero-
citatis oblitus deflexa cervice, submis-
soque capite humiliter lambere episcopi pe-
des cepit, ut patenter omnibus daretur
intelligi quia erga illum virum dei
et ferina corda essent hominum et quasi
humana bestiarum. Tunc populus
qui ad spectaculum venerat mortis
clamore versus est in admirationem
venerationis. Tunc ad eius venerationem
Totila rex ipse permotus est. Quippe
cum quo superno iudicio actum fuerat

ut qui deum sequi prius in custodienda vita epi noluit saltem ad mansuetudinem bestiam scandetur. Cuius rei hii qui tunc presentes fuerunt ad huc nunc multi supersunt eamque cum omni illic populo se vidisse testantur. De quo etiam viro aliud quoque miraculum venantio lugensi episcopo narrante cognovi. In ea namque populanii ecclesia cui preerat sepulcrum sibi paravit. Sed cum longobardorum gens in ytaliam veniens civitatem vastasset ad helbam insulam discessit. Qui in ecritudine ad mortem veniens clericis suis sibique obsequentibus precepit dicens. In sepulcro meo quod in populanii paravi me ponite. Cui illi cum dicerent corpus tuum illuc reducere qualiter possumus quia longobardos tenere loca eadem et grassari illic eos dinoscimus. Respondit. Reducite me secure nolite metuere sed festine me sepelire curate. Mox autem ut sepultum fuit sepultum corpus meum cum omni festinatione recedite. Defuncti igitur corpus imposuerunt navi. Cumque populonium tenderent collectis in nubibus aere immensa nimis pluvia erupit. Sed ut cunctis pateficeret cuius viri corpus navis illa portaret per illud marium spatium quod ab helba insula usque in populonium xii milibus distat circa utraque navis latera procellosa valde pluvia descendit et in navem eam una pluvie gutta non cecidit. Pervenire itaque ad locum clerici et sepulture tradiderunt corpus sacerdotis sui cuius precepta servantes ad navim sub festinatione reversi sunt. Quam mox intrare potuerunt in eodem loco ubi vir domini sepultus fuerat longobardorum dux crudelissimus nomine gummarith advenit. Ex cuius adventu servum dei spiritum prophetie habuisse clamat cuius ministros suos a sepulture loco cum festinatione discedere precepit.

Cap xv

Hoc autem quod de cimitus pluvie factum miraculum narram. Etiam in alterius episcopi monstratum est. Nam quidam clericus senex qui adhuc superest eidem rei presto se fuisse testatur dicens. Fulgentius episcopus qui utriculensi ecclesie preerat regem crudelissimum totilam omnino infestum habebat. Cumque ad eas partes cum exercitu appropinquasset cure fuit episcopo per clericos suos ei exenia mittere eiusque furoris insaniam si possit muneribus mitigare. Que ille ut vidit sprevit protinus atque iratus suis omnibus iussit ut eundem episcopum sub omni asperitate constringerent eiusque examini reservarent. Quem dum feroces gothi ministri sui crudelitatis illius tenuissent circumdantes eum in uno loco stare preceperunt ei atque in terra circulum designaverunt extra quem pedem millomodo tendere auderet. Cumque vir domini in sole nimio estuaret ab eisdem gothis circumdatus et designatione circuli inclusus repente choruscus et tonitruus et tanta copia pluvie erupit ut hii qui eum custodiendum acceperant immensitate pluvie ferre non possent. Et dum magna nimis inundatio fieret intra eandem designationem circuli in qua vir domini fulgentius stetit nec una quidem pluvie gutta descendit. Quod dum regi crudelissimo nunciatum fuisset illa mens effera ad magnam eius reverentiam versa est. Cuius prius pena insatiabili furore sitiebat. Sic omnipotens deus contra elatas carnalium mentes potentie sue miracula per despectos operatur ut qui se superbe contra precepta veritatis elevant. eorum cervicem veritas per humiles premat.

Cap xvi

Nuper quoque floridus venerabilis vite episcopus narravit quoddam memorabile valde miraculum dicens. Vir sanctus herculanus nutritor meus perusine civitatis episcopus fuit ex conversatione monasterii ad sacerdotalem ordinis gratiam deductus. Totile autem perfidi regis temporibus eandem urbem annis septem continuis gothorum exercitus obsedit. Ex qua multi cives fugierunt quia

famis periculum ferre non poterant. Anno vero septimo necdum finito obsessam urbem Gothorum exercitus intravit. Tunc comes qui eidem exercitui preerat ad regem Totilem nuntios misit exquirens quid de episcopo vel populo fieri iuberet. Cui ille mandavit dicens: Episcopo prius a vertice usque ad talum corrigiam tolle, et tunc caput illius amputa. Omnem vero populum qui illic inventus est gladio extingue. Tunc idem comes venerabilem virum Herculanum episcopum super murum urbis eductum capite truncavit, cuius cum iam mortuus esset a vertice usque ad talum incidit, ut ex eo corrigia sublata videretur. Moxque corpus illius extra murum proiecit. Tunc quidam humanitatis pietate compulsi abscisum caput cervici apponentes, cum uno parvulo infante qui illic extinctus inventus est, iuxta murum corpus episcopi sepulture tradiderunt. Cumque post eandem cedem die xl rex Totila iussisset ut cives urbis illius qui quolibet dispersi essent ad eam sine aliqua trepidatione remearent, hii qui prius fugerant vivendi licentia accepta reversi sunt. Sed memores cuius vite eorum fuit sacerdos, corpus illius quesierunt, ut hoc sicut honore debitum in ecclesia beati Petri apostoli humarent. Cumque itum esset ad sepulturam, inventum est effossa terra corpus pueri pariter humati, ut pote iam die xl tabe corruptum et vermibus plenum. Corpus vero episcopi ac si die eodem esset sepultum. Et quod est adhuc magna admiratione venerandum, ita caput eius unitum fuerat corpori ac si numquam fuisset abscisum, sic videlicet ut nulla vestigia ~~sectionis~~ sectionis apparerent. Cumque hoc et in tergo verterent exquirentes si quod signum vel de alia monstrari incisione potuisset, ita sanum atque integrum omne corpus inventum est ac si ullam nulla hostis incisio ferri tetigisset.

De inedia

Petrus Quis non obstupescat talia signa mortuorum que fiunt pro exercitatione viventium.

Gregorius Cap. xiiii

Prioribus quoque Gothorum temporibus fuit iuxta Spoletanam urbem vir vite venerabilis Ysaac nomine, qui usque ad extrema pene Gothorum tempora pervenit, quem nostrorum multi noverunt, et maxime sacra virgo magna Gregoria, que nunc in hac Romana ecclesia urbe iuxta etiam beate Marie semper virginis habitat. Que dum adolescentie sue tempore constituta iam nuptiis imminentibus in ecclesiam confugisset, et sanctimonialis vite conversationem quereret, ab eodem viro defensa atque ad eundem quem desiderabat habitum Domino protegente perducta est. Que quia sponsum fugit in terra, habere meruit sponsum in celo. Multa autem de eodem viro narrante venerabili patre Eleutherio cognovi, qui eum familiariter noverat et eius verbis vita fidem prebebat. Hic itaque venerabilis vir Ysaac ortus ex Ytalia non fuit, sed illius vite miracula que in Ytalia conversatus fuit fecit narro. Qui primum de Sirie partibus ad Spoletanam urbem venisset, ingressus ecclesiam a custodibus petiit ut sibi quantum vellet licentia concederetur orandi, seque horis secretioribus exigendo non urgerent. Qui mox ad orandum stetit, diemque totum peregit, in oratione tum sequentem continuavit et noctem. Sic indefessus diem cum nocte subsequenti, inde fessus in precibus persistit, diem quoque tertium in oratione coniunxit. Cumque unus ex superbie custodibus superbie spiritu inflatus hoc et unde bene proficere debuit inde ad defectus dampna pervenit. Nam cum simulatorem dicere et verbo rustico cepit impostorem clamare, qui se tribus diebus et noctibus orare ante oculos hominum demonstraret, qui protinus currens virum Dei alapa percussit, ut quasi

religiose vite simulator de ecclesia cum contumelia exiret. Sed hunc repente ultor spiritus invasit atque ad viri dei vestigia stravit, et per os illius clamare cepit: Ysaac me eicit, ysaac me eicit. Nam quippe peregrinus quo vocaretur nomine nesciebat, sed eius nomen ille spiritus prodidit qui se ab illo post se eici clamavit. Mox autem super vexati corpus vir dei incubuit, malignus spiritus qui eum invaserat abscessit. In tota autem urbe tunc statim quid in ecclesia factum fuisset innotuit. Currere viri et femine nobiles atque ignobiles pariter ceperunt, certatimque eum in suis rapere domibus conabantur. Alii ad construendum monasterium predia, alii pecunias, alii subsidia queque poterant offerre viro dei volebant. Sed servus omnipotentis domini horum nichil accipiens egressus urbem non longe desertum locum repperit, ibique sibi humile habitaculum construxit. Ad quem dum multi pergerent, exemplo illius eterne vite accendi desiderio ceperunt, atque sub eius magisterio in omnipotentis se dei servitium dederunt. Cumque ei crebro discipuli humiliter immererent ut pro usu monasterii possessiones que offerebantur acciperet, ille sollicitus sue paupertatis custos fortem sententiam tenebat dicens: Monachus qui in terra possessiones querit monachus non est. Sic quoque metuebat sue paupertatis securitatem perdere sicut avari divites solent perituras divitias custodire. Ibi itaque prophetie spiritu magnisque miraculis cunctis longe lateque habitantibus vita eius inclaruit. Nam die quadam ad vesperum in orto monasterii fecit iactari ferramenta que consueto nos nomine vangas vocamus. Dixit itaque suis discipulis: Tot vangas in orto proicite et citius redite. Nocte vero eadem cum ex more ad solvendas laudes deo surrexisset, precepit discipulis

dicens: Ite et operariis nostris pulmentum coquite ut mane primo paratum sit. Facto autem mane fecit deferri pulmentum quod parari iusserat, atque ortum cum fratribus ingressus quot vangas iactari preceperat tot in eo laborantes operarios invenit. Ingressi quippe fures fuerant, sed immutata mente per spiritum apprehenderunt vangas quas invenit quas invenerunt, et ab ea hora qua ingressi sunt quousque vir domini ad eos veniret cuncta illius orti spatia que inculta fuerant coluerunt. Quibus vir domini mox ut ingressus est ait: Gaudete fratres, multum laborastis, iam quiescite. Quibus illico alimenta que detulerat prebuit, eosque post tanti laboris fatigationem refecit. Sufficienter autem refectis ait: Nolite malum facere. Quotiens de orto aliquid vultis, ad orti aditum venite, tranquille petite, cum benedictione percipite, et a furti pravitate cessate. Quos statim collectis oleribus onerari fecit. Actumque est ut qui ad ortum nocituri venerant cum laboris sui premio et repleti ab eo innocui redirent. Alio quoque tempore accesserunt ad eum peregrini quidam eumque postulantes, scissis pannis obsiti ita ut pene nudi viderentur. Cumque sibi vestimenta peterent, eorum vir domini tacitus audivit. Verum unum ex discipulis suis protinus silenter vocat, eique precepit dicens: Vade atque in illa silva in loco tali cavam arborem require, et vestimenta que in ea inveneris defer. Cumque discipulus abiisset arborem sicut fuerat ei iussum, requisivit vestimenta, repperit et latenter detulit magistro. Que vir dei suscipiens et peregrinis nudis atque petentibus ostendit et prebuit dicens: Venite quia nudi estis, et hec tollite et vestite vos. Hec illi intuentes, recognoverunt que posuerant, magno pudore consternati sunt. Et qui fraudulenter vestimenta querebant aliena, confusi receperunt sua. Alio quoque tempore quidam se orationibus eius commendans sportas duas plenas alimentis ei per puerum

transmisit. Qui nactus occasionem unam ex eisdem puer sibi
rapuit atque in itinere abscondit, unam
vero ad Dei famulum attulit, et petitionem
illius qui se ei per exenium commendabat
enarravit. Quam vir Domini benigne sus-
cipiens, eundem puerum ammonuit dicens: Gra-
tias agimus, sed vide sportam quam in itinere
posuisti, ne incaute tangere presumas, quia
in eam serpens ingressus est. Esto ergo
sollicitus, ne si tollere incaute volueris,
a serpente feriaris. Quibus verbis puer
valde confusus exultavit quidem quod mor-
tem evasit, sed tristis ad modicum factus
est, quia quamvis salubrem penam tamen
pertulit verecundiam suam. Qui reversus
ad sportam caute ac sollicite attendit,
et eam iam, sicut vir Dei predixerat,
serpens tenebat. Hic itaque vir sanctissi-
mus cum virtute abstinentie, contemptu rerum
transeuntium, prophetie spiritu, orationis intentione
esset incomparabilis, solum vero erat
quod in eo reprehensibile esse videbatur,
quia nonnumquam ei tanta leticia inheret, ut
illis tot virtutibus nisi sciretur esse ple-
nus, omnino crederetur. **Petrus**

Quidnam, queso te, hoc esse di-
cimus: sponte sibi leticie frena laxa-
bat, aut tot virtutibus pollens ali-
quid ad presens gaudium extremitas anime
eius trahebatur? **Gregorius**

De imperfectione virtutum sanctorum

Magna est, Petre, omnipotentis Dei
dispensatio, et plerumque contingit, ut
quibus maiora bona prestat, quedam
minora non tribuit, ut semper eorum animus
habeat unde semetipsum reprehendat, quatenus
dum appetunt perfecti esse nec possunt, et la-
borant in hoc quod non acceperunt, nec
tamen elaborando prevalent, in hiis que
accepta habent se minime extollant, sed
discerant quia ex semetipsis maiora
non habent, qui in semetipsis vincere
parva vitia atque extrema non possunt. Hinc
est enim quod producto Domino ad terram pro-
missionis populo israelitico cunctos
fortes atque prepotentes adversarios eius
extinguens Philisteos atque Chananeos
diutius reservavit, ut sicut scriptum est,
in eis experiretur Israel. Quia nonnumquam, ut
dictum est, eis quibus magna dona
tribuit, parva quedam irreprehensibilia
relinquit, ut semper contra que certant
bellum gerant, et de victis magnis
hostibus mentem non erigant, quando
adhuc eos adversarii etiam minimi fa-
tigant. Fit itaque ut miro modo
una eademque mens et virtute polleat,
et ex infirmitate lassescat, quatenus ex parte
constructa sit, et ex parte conspiciat sese
destructam, ut per bonum quod quereret
et habere non valet, illud servet humiliter quod
habet. Sed quid mirum si hoc de homine dicimus, cum
superna regio de civibus suis ex parte
dampna pertulit, et ex parte fortis stetit,
ut electi angelorum spiritus, dum alios per
superbiam cecidisse conspicerent, ipsi tan-
to robustius quanto humilius starent. Illi er-
go regionis sue etiam detrimento profecit,
quo ad eternitatem ex parte sue destruc-
tionis est solidius instructa. Sic ergo in
unaquaque anima agitur, ut in humilitatis
custodia aliquando ad lucra maxima
et minimo dampno serviatur. **Petrus**

Placet quod dicis. **Gregorius**

Neque hoc.

Capitulum XV

De v[illegible] sanctorum

Nsileamque ex regione eadem ve-
nerabilis viri Sanctuli presbyteri narratione
Sanctuli presbyteri narratione cognovi,
de cuius verbis ipse non dubitas, quia
eius vitam fidemque non ignoras. Eodem
quoque tempore in Nursie partibus provincie
duo viri in vita sancte conversationis
habitabant, quorum unus Eutitius, alter
vero Florentius dicebatur. Sed isdem Euti-
tius in spirituali zelo atque in fervore vir-
tutis se exercuerat, multorumque animas
ad Deum producere perducere exortando
satagebat. Florentius vero simplicitati

atque ordinem eruditam duceret vitam. Non longe autem erat monasterium, quod rectoris sui fuerat destitutum morte. Ex quo sibi monachi eundem Euticium preesse voluerunt. Qui eorum precibus acquiescens multis diebus monasterium rexit, discipulorumque animas in studio sancte conversationis exercuit. At ne oratorium in quo prius habitaverat solum remanere potuisset, illic venerabilem virum Florencium reliquit. In quo dum solus habitasset die quadam sese in orationem prostravit, atque ab omnipotente domino petiit, ut ei illic ad habitandum aliquod solacium donare dignaretur. Qui mox ut complevit orationem, oratorium egressus ante fores ursum repperit stantem. Qui dum ad terram caput deprimeret, nichilque ei ferocitatis in suis motibus demonstraret, aperte dabatur intelligi quia ad viri dei obsequium venisset. Quod vir domini quoque protinus audisset. Et quia in eadem cella pecudes quatuor vel quinque remanserant, quas omnino deerat qui pasceret et custodiret, eidem urso precepit dicens: Vade et has oves ad pastum eice, ad sextam vero horam revertere. Cepit itaque hoc indesinenter agere. Iniungebatur urso cura pastoris, et quas manducare consueverat pascebat oves bestia ieiuna. Cumque vir domini ieiunare voluisset, ad nonam precipiebat ursum cum ovibus reverti, cum vero noluisset, ad sextam. Atque ita in omni mandato viri dei obsequio obtemperabat ursus, ut neque ad sextam iussus rediret ad nonam, neque ad nonam iussus rediret ad sextam. Cumque hoc diu ageretur, cepit in loco eodem tante virtutis fama late longeque crebrescere. Sed quia antiquus hostis unde bonos cernit enitescere ad gloriam, inde perversos per invidiam rapit ad penam, quatuor viri ex discipulis Euticii vehementer invidentes quod eorum magister signa non faceret, et is qui solus ab eo relictus fuerat tanto hoc miraculo clarus appareret, eundem ursum insidiantes occiderunt. Cumque hora qua iussus fuerat non rediret, vir dei Florencius suspectus est de eius reditu. Qui usque ad horam vespertinam expectans affligi cepit, quia is quem ex simplicitate multa fratrem vocare consueverat ursus minime revertebatur. Die vero altera perrexit ad agrum ursum pariter oves quesiturus. Quem occisum repperit, sed sollicite inquirens citius a quibus fuerat occisus invenit. Tunc se se in lamentum dedit, fratrum magis maliciam quam ursi mortem deplorans. Quem venerandus Euticius ad se deductum consolari studuit, sed vir isdem coram eo doloris magnis stimulis accensus imprecatus est dicens: Spero in omnipotentem deum quia in hac vita ante oculos omnium ex malicia sua vindictam recipiant, qui me se ledente ursum meum occiderunt. Cuius vocem protinus ultio divina secuta est. Nam quatuor monachi qui eundem ursum occiderunt statim elefantino morbo percussi sunt, ut membris putrescentibus interirent. Quod factum vir dei Florencius vehementer expavit, seque ita fratribus male dixisse pertimuit. Omni enim vite sue tempore flebat, quia exauditus fuerat, se crudelem in eorum morte clamabat homicidam. Quod ideo omnipotentem deum fecisse credimus, ne vir simplicitatis mire quantolibet dolore commotus intorquere ultra presumeret iaculum maledictionis.

Petrus. Numquidnam valde grave esse credimus, si fortasse cuilibet ex iracundia maledicamus?

Gregorius. De hoc petro cur me an grave sit interrogas, cum Paulus dicat: Neque maledici regnum dei possidebunt. Pensa itaque quam gravis culpa est que separatur a regno celi.

Petrus. Quid si hoc fortasse non ex malicia, sed ex lingue incuria maledictionem in proximum iacu-

De maledictione et ira et verbis ociosis

latur verbum. **Gregorius.**
Apud districtum iudicem, Petre, ocio-
sus sermo reprehenditur; quanto magis
noxius. Pensa ergo quantum sit dampnabilis
qui a malicia non vacat, si ille sermo
penalis qui bonitate utilitatis va-
cat. **Petrus.** Assentio. **Gregorius.**
Idem vir egit aliud miraculum quod
silere non debeam. Cum enim magna
eius opinio longe lateque crebresceret,
quidam diaconus longe positus ad
eum pergere studuit ut eius se orationibus
commendaret. Qui ad eius cellam veniens
omnem locum per circuitum invenit innumeris
serpentibus plenum. Cumque vehementer
expavisset, clamavit dicens: Serve dei, ora.
Erat enim tunc nimia serenitas. Egressus
vero Florentius ad celos oculos levavit
et palmas tetendens ~~ut illam pestem~~
et rogavit ut illam pestem sicut sciret
dominus auferret. Ad cuius vocem subito
celum intonuit atque isdem tonitruis
omnes illos qui eundem locum occupaverant
serpentes interemit. Quos dum vir dei
Florentius interemptos conspiceret, dixit:
Ecce occidisti, domine; quis eos
hinc levet? Moxque ad eius vocem
aves tante venerunt quanti serpentes occi-
si fuerant. Qui asportatos singulos et
longius proicientes locum habitationis
illius mundum omnino a serpentibus
reddiderunt. **Petrus.** Quid intuere
quod viri fuisse dicimus, cuius ori pro-
ximus tam festinus est deus. **Gregorius.**
Apud omnipotentem dei singularem
munditiam atque eius simplicitatem. Nam
multum, Petre, humani cordis munditia atque
simplicitas valet. Horum namque
qui eius famuli a terrenis actionibus
segregati otiosa loqui nesciunt, et nec
per verba spargere atque inquinare de-
tant auctoris sui precibus exauditionem
impetrant, cum in quantum est per se ipsa pud-
tate et simplicitate cogitationis sibi
ex quadam similitudine concordat.

Contra verba ociosa

Nos autem turbis popularibus admix-
ti dum frequenter ociosa, nonnunquam vero
et graviter noxia loquimur, os nostrum
omnipotenti deo tanto longinquum fit,
quanto huic mundo proximum. Multum
quippe deorsum declinamus dum locutione
continua secularibus admiscemur.
Quod bene Ysaias postquam regem dominum ex-
ercituum vidit semetipsum reprehendit et
penituit dicens: Ve mihi quia tacui, quia
vir pollutus labiis ego sum. Cur autem
labia polluta haberet aperuit cum subiungit:
In medio populi polluta labia habentis
ego habito. Pollutionem namque labiorum
habere se doluit, sed unde hanc contraxerit
indicavit cum in medio populi pollu-
ta labia habentis se habitare perhi-
buit. Valde enim difficile est ut lingua
secularium mentem non inquinet, quam
tangit, quia dum plerumque eis ad
quedam loquenda condescendimus,
paulisper assueti hanc ipsam locutionem
que nobis indigna est etiam delectabiliter
tenemus, ut ex ea iam redire non li-
beat, ad quam velut ex condescensione
ducti venimus invitati. Sicque fit ut ab
ociosis ad noxia, a levibus ad graviora
verba tendamus. Et os nostrum ab omnipotente
deo tanto minus exauditur in prece,
quanto amplius inquinatur stulta locutione,
quia sicut scriptum est: Qui avertit
aurem suam ne audiat legem, oratio
eius erit execrabilis. Quid ergo mirum
si postulantes tarde a domino audimur,
quem precipientem dominum aut tarde aut nul-
lomodo audimus. Et quid mirum si Flo-
rentius in prece sua citius est auditus,
qui in preceptis suis dominum citius audit.
Petrus. Nichil est quod videre
valeam tam apte racioni. **Gregorius.**
Equitius vero qui predicto Floren-
tio socius in via fuerat dei magis post
mortem claruit in virtute signorum.
Nam cum multa soleat illius verbis
fidelis de eo narrare miracula, illud

tamen est, precipuum quod usque Longobardorum tempora per vestimentum illius omnipotens Deus assidue dignatur operari. Nam quotiens pluvia deerat et estu nimio terram longa siccitas exurebat, collecti in unum cives urbis illius, eius tunicam levare atque in conspectu Domini cum precibus offerre. Cumque dum per agros exorantes pergerent, repente pluvia tribuebatur, que plene terram satiare potuisset. Ex qua re patuit eius anima quid virtutis intus, quid meriti haberet, cuius foris ostensa vestis iram conditoris averteret. 16

Nuper quoque Capitulum xvi

in parte Campanie vir valde venerabilis Martinus nomine in monte Marsico solitariam vitam duxit, multisque annis in specu angustissimo inclusus fuit. Quem multi ex nostris noverant eiusque actibus presentes extiterunt. De quo multa ipse et beate memorie papa Pellagio predecessore meo et aliis religiosissimis viris narrantibus agnovi. Cuius hoc miraculum primum fuit, quod mox ut se in predicti montis foramine contulit, ex petra eadem, que in semetipsa concava angustum specum fecerat, aque stilla prorupit, que Martino Dei famulo in usu cotidiano sufficeret, nec plus adesset nec minus deesset. Qua in re ostendit omnipotens Deus quantam sui famuli curam gereret, cui vetusto miraculo potum in solitudine ex petra durissima ministraret. Sed antiquus hostis humani generis virtutibus eius vlterius invidens, hunc usitata arte ex suo specu pellere molitus est. Nam amicam sibi bestiam serpentem scilicet ingressus, hunc ab eadem habitatione exterrere conatus est. Cepit enim in speluncam venire solus, eo quod orante se ante illum prosterni, et cum cubante pariter cubare. Sed vir sanctus omnino imperterritus eius ori manum vel pedem extendebat dicens: Si licentiam accepisti ut feriat

ego non prohibeo. Cumque hoc continue per triennium ageretur, die quadam antiquus hostis tanta hac eius fortitudine superatus victus, seque per devexum montis latus in precipitium suspensus dedit, omniaque arbusta loci illius flamma exeunte concremavit. Eo quod montis latus omne combussit, rogante omnipotente Deo monstrare compulsa est quante virtutis esset a quo victus abscedebat. Perpendo queso iste vir Domini in quo montis vertice stetit virtute, qui cum serpente per triennium iacuit securus. Petrus Audivi, paveo. Gregorius Vir iste vite venerabilis inclusionis sue tempore primo decreverat ut ultra mulierem non videret, non quia aspernabatur sexum, sed ex contemplata specie temptationis incurrere metuebat ruinam. Quod quedam mulier audiens audacter ascendit montem, atque ad eius specum impudenter prorupit. At ille paulo longius intuens, et venientem ad se mulieris vestimenta conspiciens, se ad orationem dedit, in terram faciem depressit, et eo usque prostratus iacuit, quousque impudens mulier a fenestra cellule illius fatigata recederet. Que die eodem mox ut de monte descendit vitam finivit, ut ex morte eius sententia daretur intelligi quod valde omnipotenti Deo displicuit, quod eius famulum ausu improbo contristavit. Alio quoque tempore dum multi ad hunc religiosa devotione concurrerent, atque arta esset semita que in devexo montis latere ad eius cellam properantes ducebat, puer parvulus incaute gradiens ex eodem monte cecidit, et usque ad vallem corruit, que sub monte eodem sita quasi in profundo conspicitur. In loco quippe eodem tanta mons altitudine in se excrevit, ut arbusta ingentia que ex eadem valle prodeunt, ex monte aspicientibus quasi frutecta esse videantur. Perturbati itaque sunt cuncti qui veniebant, summaque cura quesitum est, si ubi corpus elapsi pu

potuissent invenire. Nullus enim exstinctum aliud nisi exstinctum crederet. Nullus vel corpus ad terram integrum pervenisse suspicaretur, dum interpositis ubique scopulis dum in partibus discerpi potuisset. Sed requisitus puer in valle inventus est non solum vivus sed etiam incolumis. Tunc cunctis patenter innotuit quod ideo ledi non potuit, quia hunc in casu suo Martini oratio portavit. In specu vero illius magna desuper rupes eminebat, et cum parte exigua monti videretur affixa, Martini celle imminens casum suum quotidie et illius interitum ruitura minabatur. Ad hunc mastator illustris viri amantari nepos cum magna rusticorum multitudine veniens precabatur, ut vir dei de specu eodem dignaretur exire, quatenus ipsam ruituram rupem ex monte potuissent evellere, atque in specu suo dei famulus iam securius habitaret. Sed cum hoc vir dei nequaquam acquiesceret, ei quod posset ut faceret precepit, et ipse in celle sue remotiori se contulit loco. Si tamen moles rueret, dubium non erat quod simul et specum destrueret et Martinum necaret. Itaque dum ea que venerat multitudo conaretur, si posset sine periculo viri dei ingens illud quod desuper incubuerat saxum levare, cunctis videntibus repente res valde admirabilis contigit, quia moles ipsa quam conabantur evellere subito eisdem laborantibus evulsa, ne spelunce Martini tectum tangeret, saltum dedit, et quasi servi dei lesionem fugiens longius cecidit. Quod ad iussum omnipotentis dei angelico ministerio actum nullus ambigit, qui divina providentia disponi omnia fideliter credit. Hic cum primum in eodem se contulit monte, necdum clauso specu habitans, cathena sibi ferrea pedem ligavit, eamque saxo ex parte altera constrinxit, ne ei ultra liceret progredi quam cathene eiusdem quantitas tendebatur.

Quod vir vite venerabilis audiens Benedictus, cuius superius memoriam feci, ei per discipulum suum mandare curavit: Si servus es dei, non te teneat cathena ferri, sed cathena Christi. Ad quam vocem Martinus eandem compedem protinus solvit, sed nunquam postmodum solutum tetendit pedem ultra locum quo hunc ligatum tendere consueverat, atque in tanto se spatio sine cathena coercuit, in quanto et ante ligatus mansit. Qui dum se postmodum in eiusdem loci specu conclusisset, cepit etiam discipulos habere, qui ab eius specu seorsum habitantes ad usum vite aquam de puteo haurire consueverant. Sed funis in qua ad hauriendam aquam situla dependebat crebro rumpebatur. Unde factum est ut eandem cathenam quam ex pede suo vir domini solverat eius discipuli peterent, eamque funi adiungerent, atque in illa situlam ligarent. Ex quo tam tempore contigit ut idem funis quotidie tingeretur aqua et nullomodo rumperetur, quia ut cathenam viri dei funis ille contigit, ipse quoque ad tollerandam aquam ferri fortitudinem traxit.

Petrus Facta multum placent, licet quia mira et multum quia licet recentia. **Gregorius** [illegible]

Capitulum xvii

Nostris modo temporibus quidam vir Quadragesimus nomine Buxentine ecclesie subdiaconus fuit, qui ovium suarum gregem pascere in eisdem Aurelie partibus solebat. Huius valde veridici viri venerabilis narratione res mira innotuit, que secreto fuerat gesta. Is namque ut prediximus dum gregis sui in Aurelia curam gereret, in diebus eisdem vir fuit in monte qui Argentarius vocabatur venerabilis vir, qui habitum monachi quem pretendebat sanctis moribus implebat. Hic itaque ad ecclesiam beati Petri

apostoli ingressus et apostolorum
principis ab eodem monte argen
tario / annis singulis venire consue
uerat atque ad hunc / quadragesimum predictum qua
dragesimum subdiaconem sicut ipse nar
rauit hospitalitatis gracia declinabat
Quadam vero die dum eius hospicium
quod non longe ab ecclesia aberat / intrasset
cuiusdam paupercule mulieris maritus
in eius hospicio degens defunctus
est. Quem ex more lotum vestimentis
indutum et sabano constrictum super-
ueniente vespere sepelire nequiuerunt
Iuxta defuncti igitur corpus vidu
ata mulier sedit quem magnis fleti
bus noctem ducens continuis lame
tacionibus satis faciebat dolori
Cumque hoc diutius fleret ageretur
et flere mulier nullatenus cessaret vir
dei qui receptus fuerat hospicio qua
dragesimo / subdiacono compunctus
ait dolori huius mulieris anima mea con
patitur / rogo surge oremus. Perrexerunt
igitur vterque ad vicinam ecclesiam sese
que pariter in oracionem dederunt Cumque
diucius orassent completa oracione
quadragesimum subdiaconem famulus
dei petiit. Qua completa ab altaris
crepidine puluerem collegit atque cum
eodem quadragesimo ad defuncti cor
pus accessit / sese que ibidem in oracionem
dedit Cumque diucius orasset iam non
sicut ante fecerat compleri oracionem
per subdiaconum voluit sed ipse bene
diccionem dedit statimque surrexit Et quia
dextera manu collectum puluerem gesta
bat / in sinistra pallium quo facies de
functi velabatur abstulit Quod cum
mulier fieri cerneret contradicere vehemen
ter ac mirari quid vellet facere / abla
to itaque pallio diu eo quem collegerat
puluere defuncti faciem fricauit Per
diu dum fricaretur animaret animam
recepit oscitauit oculos suos aperuit
/ seque eleuans resedit quid erga se ageretur

miratus est ac si de graui sompno
excitatus fuisset. Quod dum mulier lame
tis fatigata conspiceret cepit ex gau
dio magno flere / et vocibus amplius
clamare. Quam vir domini modesta prohibi
cione compescuit dicens. Tace tace
Sed si quis vos interrogauerit quomodo factum
fuisset hoc solummodo dicite Quia dominus
ihesus cristus opera sua fecit Dixit que hec
atque ab eius hospicio exiit Quadra
gesimum subdiaconem protinus reliquit
et in loco eodem ultra non apparuit Ipse
enim namque honorem fugiens egit
/ ut ab hijs a quibus visus est in tan
ta virtute nunquam iam in hac vita
videretur / **Petrus** Quid alij
senciant ignoro ego autem cunctis mi
raculis hoc pocius existimo esse gratu
itum / quod ad vitam mortui redeunt eo
rum que anime ad carnem ex occulto revo
cantur **Gregorius** Si visibi
lia attendimus ita necesse est ut credamus
Si vero invisibilia pensamus nimi
rum constat quia maius est miracu
lum predicacionis verbo atque oracionis
solacio peccatorem conuertere quam carnem
mortuam suscitare In isto etenim resus
citatur caro iterum moritura in illo
autem anima in eternum victura Qui
dem propono duos in quo horum existi
mas maiori factum virtute miraculum
Lazarum quippe quem tam fidelem
fuisse credimus carne dominus suscitauit
Paulum vero suscitauit in mente Et
quidem post resurreccionem carnis de lazari
virtute tacetur / nam prius resurreccionis
anime capere vires infirmitas nostra valet
Quanta in sacro eloquio de virtutibus pau
li dicuntur Quod ille eius crudelissime
cogitaciones ad pietatis mollia versa
sunt viscera / quod mori cupit pro fratribus
in quorum prius morte gaudebat / quod
plenus omni scriptura sciuit nichil se scire
iudicauit / nisi cristum ihesum et hunc cruci
fixum / quod pro cristo verberibus libenter

De predicacione et mortuorum sus
citacione quod est maius



De tribus pueris igne non lesis

redditur quem in gladiis insequebatur quia apostolatus honore sublimis est, sed tamen sponte fit parvulus in medio discipulorum. Quod ad celi tercii secreta ducitur, et tamen mentis oculum per compassionem reflectit ad disponendum cubile coniugatorum dicens: Uxori vir debitum reddat, similiter et uxor viro. Quod admiscetur in contemplacione cetibus angelorum, et tamen non aspernatur cogitare atque disponere facta carnalium. Quod gaudet infirmitatibus sibi, quia in contumeliis placet. Quod ei vivere Cristus est et mori lucrum. Quod totum iam extra carnem est quod hoc ipsum quod vivit in carne. Ecce qualem vivit qui ab inferno mentis ad vitam pietatis redyt. Minus est ergo quemquam in carne suscitari, nisi forte ad per conversacionem carnis ad vitam reducitur mentis, ut hoc ei agatur per exterius miraculum quatinus interius conversus vivificetur. Petrus. Valde infra credidi hoc quod modo quam sit incorporaliter sublimius agnovi. Sed queso cepta prosequere, ut dum tempus vacat sine edificacione hora non transeat. Gregorius.

Cap. XVIII

Frater quidam mecum est in monasterio conversatus in scriptura sacra studiosissimus, qui me etate precibat et ex multis que nesciebam me edificare consueverat. Huius itaque narracione didici quod in Campanie partibus intra quadragesimum Romane urbis miliarium nomine Benedictus et quidem etate iuvenis sed moribus gravis et in sancte conversacionis regula se fortiter stringens. Quem Totile regis tempore cum gothi repperissent, hunc incendere cum sua cella molliti sunt. Ignem namque posuerunt, sed instanti arserunt omnia circa, cella vero illius ardere non potuit. Quod videntes gothi et magis sevientes, atque hunc ex suo habitaculo trahentes, non longe aspexerunt succensum clibanum, quem clauserunt. Sed die altero ita illesus inventus est, ut non solum eius caro ab ignibus, sed neque extrema in illo eius vestimenta cremarentur. Petrus. Antiquum trium puerorum miraculum audio, qui proiecti in ignibus lesi non sunt. Gregorius.

Illud ut opinor miraculum ex parte aliqua dissimiliter gestum est. Tunc namque tres pueri proiecti sunt, quos die altero rex inquirens in camino illesis vestibus deambulantes repperit. Ex qua re colligitur quia ignis in quo iactati fuerant, qui eorum vestimenta non contigit, eorum vincula consumpsit, ut uno eodemque tempore in obsequio iustorum et haberet flamma virtutem suam ad solacium, et non haberet ad tormentum. Huic autem antiquo miraculo diebus nostris res similis ex contrario evenit elemento. Nam nuper Iohannes tribunus relacione sua me docuit quod Proculus comes, cum illic adesset cum rege Autherith, eo tempore in loco eodem, ut mira res contigit, affuisse eamque cognovisse testatus est. Predictus etenim tribunus narravit dicens quia ante hoc fere quinquennium, quando apud hanc Romanam urbem alveum suum Tiberis egressus est tantumque crescens ut eius unde super muros urbis influerent atque in ea maximas regiones occuparet, aput Veronensem urbem fluvius Athesis excrescens ad beati Zenonis martiris atque pontificis ecclesiam venit. Cuius ecclesie cum essent ianue aperte, aqua in eam minime intravit. Que paulisper crescens usque ad fenestras ecclesie que erant tectis proxime pervenit. Sicque stans aqua ecclesie ianuam clausit, ac si illud elementum liquidum in soliditatem parietis fuisset immutatum. Cumque essent interius multi inventi, sed aquarum magnitudine ecclesia omni tempore inundata, qua possent egredi non haberent, ubique se siti ac fame

deserere formidarent ad ecclesie ianuam ve
nientes ad bibendum hauriebant
aquam que ut predixi ad usque ad fene
stras excreverat et tamen intra ecclesiam
nullo modo defluebat hauriri itaque
ut aqua poterat sed fluere ut aqua non
poterat stans autem ante ianuam ad
ostendendum cunctis meritum martiris
et aqua erat ad adiutorium et aqua non
erat ad invadendum locum Ergo ad
dicti antiquo ignis miraculo nere p
dixi non fuisse dissimile qui eius pue
rorum et vestimenta non tetigit et vin
cula incendit **Petrus** Mira sunt
valde sanctorum opera que narras
et presentis infirmitati hominum vehemen
ter stupenda Sed quia tantos fuisse
in ytalia audio admirande virtutis
viros nosse velim si aut nullas
eos contigit antiqui hostis insidias
pertulisse aut ex insidiis profecisse

De tentatione diaboli

Gregorius Sine labore certaminis
non est palma victorie unde ergo vic
tores sunt nisi quia antiqui contra
antiqui hostis insidias certaverunt Ma
lignus quippe spiritus cogitationi lo
cutioni atque operationi nostre semper insi
stit si fortasse quid inveniat unde
apud examen eterni iudicis accusator
existat Vis etenim nosse quomodo
ad decipiendum semper assistat XIX

[illegible]

Quidam qui nobiscum sunt res
quas narro nominant atque testantur
Quidam vir vite venerabilis Stepha
nus nomine valerie provincie presbiter
fuit huius nostri Bonifatii diaconi
atque dispensatoris ecclesie natione pro
ximus Qui quadam die de itinere do
mum regressus mancipio suo negli
genter loquens precepit dicens veni
dyabole discalcia me Ad cuius vo
cem mox ceperunt se caligarum corrigie
in summa velocitate dissolvere ut patet
daretur intelligi quia ei ipse qui nominatus
fuerat ad extrahendas caligas dya
bolus obedisset Quod mox ut presbi
ter vidit vehementer expavit magnisque
vocibus clamare cepit dicens Recede
miser recede miser non enim tibi dixi sed
mancipio meo loquutus sum ad cuius
vocem protinus ita ut inveniretur sunt mag
nam ex parte dissolute corrigie remanserunt
Qua ex re colligere antiquus hostis qui
tam presto est in rebus corporalibus quam ni
mis insidiis nostris cogitationibus
insistat **Petrus** Laboriosum val
de est atque terribile contra insidias
semper intendere et velut continue quasi
in acie stare **Gregorius** Labo
riosum non erit si custodiam nostri non
nobis sed superne gratie committimus
ita tamen ut ipsi quantum possumus in pro
tectione vigilemus Cum autem antiquus ho
stis a mente repellitur ex divina lar
gitate plerumque agitur ut non solum timendus
iam non debeat sed ipse a bene viven
tium virtute terreatur **Gregorius**
Ei nemini quare Capitulum XX 20

Magne vir sanctitatis Eleutherius
senex pater cuius superius memoriam
feci testis exstitit in quo hoc intimare cu
ravit quod in Spoletina urbe puella quedam
nobilis cuiusdam primatis filia cele
stis vite desiderio exarsit cui is qui prodesse
se ad virum vite conatus est Sed conte
mpto patre conversationis habitum suscepit Qua
ex re factum est ut eam pater suus exhere
dem faceret nichil quoque ei aliud nisi sex vi
lissimas possessiunculas largiretur Cuius de
votione cepit apud eam multe
nobiliores alie puelle convenire atque omni
potenti deo dicata virginitate servire
Quadam vero die idem Eleutherius
abbas vir vite venerabilis ad eam gratia
exhortationis atque edificationis accessit
et cum ea colloquens de verbo dei sedebat
tunc repente ex eodem fundo quem in
se vinysque a patre acceperat tunc Remi
rusticus rusticus veniens quidam ante
eos assistit maligno spiritu correptus

cecidit, fatigari quoque mugitibus stridoribus atque balatibus cepit. Tunc sanctimonialis femina surrexit atque irato vultu magnis clamoribus impetum dicens: Exi ab eo miser, exi ab eo miser. Ad cuius vocem mox per os vexati dyabolus respondit dicens: Et si de isto exiero, in quem intrabo? Casu autem iuxta porcus parvulus pascebatur. Tunc sanctimonialis femina precepit dicens: Exi ab eo et in hunc porcum ingredere. Qui statim de homine exiit, porcum quem iussus fuerat invasit, occidit et recessit.

Petrus Vellem nosse si saltem porcum concedere sancto viro debuit.

Gregorius Proposite regule nostre actionibus sunt facta veritatis. Quod etenim redemptori nostro a legione que hominem tenebat dictum est: Si eicis nos, mitte nos in gregem porcorum, qui hanc et ab homine expulit et in porcos ire et eos quoque in abissum mergi concessit. Ex qua re etiam hoc colligitur quod absque omnipotentis dei concessione nullam malignus spiritus contra hominem potestatem habeat, qui in porcos intrare non potuit nisi permissus. Illi ergo necesse est ut spontanee subdamur, cui et adversa omnia subiciuntur invita, ut tanto invictis hostibus potiores simus, quanto cum auctore omnium unum efficimur per humilitatem. Sed quid autem mirum si electi quique in carne positi multa faciunt mirabiliter, quorum ipsa quoque ossa mortua plerumque in multis miraculis vivunt. Capitulum XXI

In Valerie namque provincia res hec gesta est quam narro, quam bone memorie abbatis mei relatione Valentionis cognovi. Ibi etenim quidam venerabilis sacerdos erat, qui cum clericis suis dei laudibus bonisque operibus intentus sancte conversationis vitam ducebat. Hic superveniente autem sue vocationis die defunctus est atque ante ecclesiam sepultus. Eidem vero ecclesie caule inhebant ovium atque idem locus in quo sepultus est ad easdem oves tendentibus pervius erat. Quadam autem nocte cum clericis suis intus etiam psallentibus fur venisset, ut ingressus caulas furtum faceret, vervetem tulit et concitus exiit. Cum vero pervenisset ad locum ubi vir domini sepultus erat, repente hesit et gressum movere non potuit. Vervetem quidem de collo deposuit eumque dimittere voluit, sed manum laxare non valuit. Cepit igitur miser stare cum preda sua reus et ligatus. Volebat vervetem dimittere, volebat egredi cum vervete, sed nec poterat. Miro itaque modo fur, qui vivus videri timebat, hunc mortuus tenebat. Cumque ita gressus manusque illius fuissent obstricte, immobilis constitit. Facto autem mane, completis quoque laudibus dei, ab ecclesia egressi sunt clerici et invenerunt ignotum hominem vervetem in manu tenentem. Res venit in dubium utrum vervetem tolleret an offerret. Sed cito reus citius indicavit penam. Mirati omnes quia ingressus fur viri dei meritis ad predam suam stabat ligatus. Qui mox se pro eo in precibus in orationem dederunt suisque precibus vix obtinere valuerunt ut qui res eorum venerat rapere mereretur saltem vacuus exire. Itaque fur qui diu steterat cum preda captivus quandoque exiit vacuus et liber.

Petrus Apparet quante sit super nos dulcedinis omnipotens deus, cuius erga nos sunt tam iocunda miracula.

Gregorius Prenestine urbi etc. Capitulum XXII

Prenestine urbi mons preminet in quo beati Petri apostoli monasterium situm est. virorum dei quorum relatione adhuc in monasterio posito audisse me contigit magnum hoc quod narro miraculum, quod eiusdem monasterii monachi se nosse testabantur. In eo namque monasterio fuit pater vite venerabilis, qui quendam monachum nutriens usque ad bene vivendos perduxit mores. Cumque hunc in timore domini

Contra furta

videt exivisse, in eodem sibi monaste-
rio presbiterum fecit ordinari. Cumque
post ordinationem suam, quia non longe
abesset eius exitus, ei per revelationem
indicatus est, a predicto amico preposito monasterii
petiit quatinus ei concederet ut sibi se-
pulchrum pararet. Cui ille respondit: Ante te
ego quidem moriturus sum, sed tamen va-
de et sicut vis prepara sepulchrum tuum.
Recessit igitur et preparavit. Cumque non post
multos dies senex pater febre perveniente
ad extrema pervenit, atque assistenti pre-
sbitero precepit dicens: In tuo sepulchro
me pone. Cumque ille diceret: Scis quia
modo te secuturus sum, utrosque nos capere
non potest. Abbas prius respondit dicens:
Ita fac ut dixi, quia sepulchrum tuum am-
bos nos capiet. Defunctus itaque est
atque in sepulchro eodem quod sibi pre-
sbiter paraverat mortuus positus. Mox
quoque et presbiterum corporis languor secutus
est, quo languore crescente citius presbiter
vitam finivit. Cumque ad sepul-
chrum quod sibi ipse paraverat corpus
illius functi a fratribus deductum aperto
eodem sepulchro viderunt omnes qui
aderant locum non esse ubi poni po-
tuisset, quia corpus patris monasterii
quod illic ante positum fuerat omne
illud sepulchrum tenebat. Cumque hi eos
qui presbiteri corpus detulissent, fratrem
sibi difficultatem inde ut sepeliendi
omnes: En pater ubi est quod dixisti
quia sepulchrum istud ambos nos capiet?
Ad cuius vocem subito cunctis vi-
dentibus abbatis corpus, quod illic
ante positum fuerat et supinum iace-
bat, se vertit in latere, et vacantem
sepulchri locum ad sepeliendum corpus
presbiteri prebuit. Et quia utrosque ille
locus capet sicut vivus promiserat
mortuus implevit. Sed quia hoc quod
predixi apud Prenestinam urbem in beati
Petri apostoli monasterio gestum est, vis ne
aliquid etiam in hac urbe de eius ecclesie
custodibus, ubi sacratissimum eius cor-
pus est positum, audire? **Petrus.**
Volo atque id ut fiat magnopere de-
precor. **Gregorius.** Cap. xxiii.
Adhuc super sunt aliqui qui Theo-
dorum eius ecclesie custodem noverunt,
cuius narratione innotuit res que ei con-
tigit valde memorabilis. Qui quadam
nocte diluculo ad meliorandum luminaria
lumina luminaria surre-
xisset, ex more ligneis gradibus sub
lampade positis stabat et lampade
refovebat lumen, cum repente beatus Pe-
trus apostolus in stola candida deorsum
in pavimento constitit, ei que dixit: O Theo-
dore, quare tam citius surrexisti? Quo
dicto ab oculis aspicientis evanuit.
Sed tantus in eo pavor increvit ut to-
ta in illo corporis virtus deficeret, et per
dies multos de stratu suo surgere non
valeret. Qua in re quid aliud idem beatus
Petrus apostolus servientibus sibi voluit
nisi perpendam sui respectus ostendere, quia
quicquid pro eius veneratione agerent,
ipse hoc pro mercede retributionis sine inter-
missione semper videret. **Petrus.**
Mirum hoc non tam apparet quod
visus est, sed quia is qui
eum vidit tam sanus esse egrotavit.
Gregorius. Quid super hoc miraris
Petre? Numquid non meministi
quia cum Daniel propheta magnam illam ac
terribilem visionem vidit, et qua eius vis-
ione contremuit, primus adiungit: Et ego Dan-
iel langui et egrotavi per dies plurimos. Caro
enim ea que sunt spiritus capere non valet, et
dum nimirum humana mens ultra humana vires
se ad videndum ducitur, necesse est ut hoc car-
neum vasculum quod ferre tale pondus
non valet infirmetur. **Petrus.** Sen-
tentiam cogitationis mee aperta ratio
dissolvit. **Gregorius.** C. xxiiii.
Alius quoque illic non ante longa
tempora sicut nostri seniores ferunt

Custos ecclesie abundius dictus est magne humilitatis atque gravitatis vir ita omnipotenti deo fideliter famulans / ut idem beatus petrus apostolus signis ostenderet quam de illo haberet estimationem Nam enim quedam paralitica in eius ecclesia permanens et manibus repens / et dissolutis renibus corpus per terram trahebat Peciitque ab eodem beato petro apostolo peteret ut sanari mereretur nocte quadam ei per visionem astitit / et dixit vade ad abundium mansionarium et roga illum et ipse te saluti restituat Cumque illa de tanta visione certa esset cepit huc illuc que per ecclesie loca trahere se ut quis esset abundius investigaret Cum repente factus est ipse obviam quem querebat ei que dixit Rogo te pater indica mihi quis est abundius custos Cui ille respondit Ego sum At illa inquit Pastor et nutritor noster petrus apostolus ad te me misit / ut ab infirmitate ista liberare me debeas Cui ille respondit Si ab ipso missa es surge eamque manu tenuit et eam in statu suo protinus erexit Sicque ex illa hora cuncti eius corporis nervi omnes / ac membra solidata sunt ut solutionis illius signa ulterius nulla remanerent Sed si cuncta que in eius ecclesia gesta cognovimus evolvere conamur ab omni iam procul dubio conticescere debemus Unde necesse est ut ad modernos patres / ignotam vitam per ytalie provinciam dilatavit narrationis nostre sermo torqueatur

Capitulum XXV

Nuper in samnina civitate quidam venerandus vir menas nomine solitariam vitam ducebat / qui ante hoc multis cognitus ante hoc fere est decennium defunctus De cuius opere narrationem venerabilium antiquorum non profero / quia pene tot mihi eius vita testes sunt quot samnina provincia homines habet / Hic itaque cum nichil ad usum suum aliud aliquid nisi pauca vascula apium possideret / hunc cum longobardus quidam eiusdem apibus rapina voluisset ingredi primus / ab eodem viro illico verbis increpatus est / et mox per malignum spiritum ante eius vestigia vexatus Unde actum est ut sicut apud omnes incolas / ita etiam apud ipsam barbarem gentem eius celebre nomen haberetur / nullaque ultra presumeret eius cellulam intrare nisi humilis Sepe vero ex vicina silva venientes ursi apes eius comedere conabantur Quos igitur deprehensos ferula quam portare in manu consueverat cedebat Qui cum eius in manibus bestie rugiebant et fugiebant Et que gladios formidare non poterant ex eius manu ictus ferule pertimescebant Huius studium fuit nichil in hoc mundo habere nil querere / omnes qui ad se casu veniebant ad eterne vite desideria accendere Si quos autem quorumlibet culpas agnosceret nullatenus ab increpatione parceret sed amoris igne succensus sustinere debat in eis per linguam ferire Consuetudinem vero vicini vel longe positi eiusdem loci accole fecerunt / ut diebus singulis per ebdomadam omnes quisque ei oblationes suas transmitteret / ut esset quod ipse ad se venientibus offerre potuisset Quodam vero tempore possessor quidam Carterius nomine immundo desiderio devictus quandam sanctimonialem feminam rapuit / sibique illicito coniugio coniunxit Quod ut vir dei cognovit ei per quos potuit que fuerat dignus audire mandavit Cumque ille sceleris sui conscius timeret / atque ad virum dei nequaquam accedere presumeret / ne forte asperius hunc ut delinquentes solebat increparet Fecit quoque oblationes suas cum aliorum oblationibus misit / ut eius munera saltem nescie

do sustinuerat. Sed cum ora[ta] coram
eo fuissent oblationes omnes de por-
tate vir dei tacitus sedit, sigillatim
omnes considerare studuit, et omnes
alias eligens atque seorsum ponens
oblationes quas isdem clericus
transmiserat per spiritum sanctum cognouit
spreuit et abiecit dicens: Ite et dici-
te ei: Oblationem tuam omnipotenti deo
tulisti et vis tuas oblationes transmi-
sisti. Ergo tuam oblationem non accipio quia
suam abstulisti deo. Qua ex re factum
est, ut pueros quoque magnus timor
inuaderet, cum vir dei tam sciens de
absentibus indicaret. **Petrus**
Multos horum suspicor martirium
subire potuisse, si eos tempus persecucio-
nis inuenisset. **Gregorius** Duo
sunt petre genera martirij, vnum in
occulto, alterum quoque in publico.
Nam et si persecucio desit exterius mar-
tirij meritum in occulto est, cum virtus ad
passionem prompta flagrat in
animo. Martirium enim esse posse et sine
passione martirium testatur in Euangelio do-
minus, qui zebedei filiis adhuc pre
infirmitate mentis maiora sessionis
loca querentibus dixit: Potestis bi-
bere calicem quem ego bibiturus sum?
Cui cum respondent: Possumus, continuo
ait: Calicem quidem meum bibetis, sedere
autem ad dexteram meam vel ad sinistram
non est meum dare vobis. Quid enim
nomine calicis nisi passionis poculum
signat? Et cum procul dubio constat quia
Jacobus in passione occubuit, Johan-
nes in pace ecclesie quieuit, manifestat
colligitur esse, et sine aperta passione
martirium quando et ille calicem bibe-
dicitur qui ex persecucione mortuus
non est. De his autem talibus tamen
qui viris quorum superius mentionem
feci, cur dicamus, quia si persecucionis

tempus existeret martires et in hac morte
non potuissent, qui occulti hostis insidi-
as tollerantes, et nos ex in hac mundo
aduersarios diligentes, cunctis carna-
libus desideriis resistentes, per hoc quod
se omnipotenti deo in corde mactauerunt,
etiam pacis tempore martires fuerunt. Dum
nostris modo temporibus viles quoque et secula-
ris vite personas de quibus nil celeste
presumi posse videbatur, oborta oc-
casione contigit ad coronas martirij
peruenisse. Nam ante hos fere annos xv.
Sicut hii testantur qui interesse potuerunt
quadraginta rustici a longobardis
capti carnes immolaticias comedere
compellebantur. Qui cum valde resisterent
et contingere cibum sacrilegum nollent, Lon-
gobardi cepere cum eos temerarent nisi
immolata comederent eis mortem minari.
At illi eternam vitam potius quam presentem
ac transitoriam diligentes fideliter persistentes
atque in sua constancia simul omnes occisi
sunt. Quid ergo isti nisi veritatis
martires fuerunt, qui ne vetitum comedendo
conditorem suum offenderent, et elegerunt
gladiis finire vitam. Eodem tempore
fere quadringentos captiuos alios
Longobardi tenuissent, more suo immola-
uerunt caput capre diabolo, hoc est
currentes per circuitum et carmine nefando
dedicantes. Cumque illud ipsi prius
submissis ceruicibus adorarent, eos quoque
quos ceperant hoc adorare pariter compelle-
bant. Sed ex eisdem captiuis maxima
multitudo, magis eligens moriendo ad vi-
tam immortalem tendere, quam adorando vi-
tam mortalem tenere, obtemperare iussis sa-
crilegis noluit, et ceruicem quam semper
creatori flexerat creature inclinare con-
tempsit. Vnde factum est ut hostes qui
eos ceperant grauissima iracundia accensi cunc-
tos gladiis interficerent, quos in errore
suo participes non habuerunt. Quid ergo

mirum si erumpente persecutionis tempore
illi martires esse potuissent / qui in ipsa
quoque pace ecclesie semetipsos affligendo
semper angustam martirii tenuerunt viam
Quid itaque persecutionis articulo hii
etiam mererentur martirii pall palmam
accipere qui in pace ecclesie latas huius seculi
vias sequi videbantur. Nec tamen hoc quod
de eisdem electis viris diximus de cunctis
iam quasi ex regula tenemus. Nam
cum persecutionis tempus aperte irruit sicut
plerique subire martirium possunt / qui etiam
in pace ecclesie despicabiles videbantur
Ita non numquam in debilitate formidinis
corruunt qui in pace prius ecclesie fortes
stare credebantur. Sed eos de quibus pro-
ximi martires fieri potuisse fatemur
quia hoc iam ex eorum fine colligitur. Quia cade-
re nec in aperta persecutione potuerunt hii
de quibus constat quia et usque ad finem
vite in occulta animi virtute persisterunt

Petrus Ut astruis ita est. Sed super
indignos nos divine misericordie dispensationem
miror / quia Longobardorum sevitia ita
iam moderatur ut eorum sacerdotes sacri-
legos / qui esse se fideles quasi victores
vident / orthodoxorum fidem persequi min-
ime permittat.

Gregorius C xxvi

Hoc petre facere plerumque
conati sunt sed eorum sevitie
miracula superna restiterunt. Unde unum
narro miraculum / quod pro Bonifacio in fratrem
nostri mei monasterii qui usque per qua-
driennium / cum Longobardis fuit et hoc
ante triduum cognovi. Cum ad Spole-
tanam urbem Longobardorum episcopus scilicet
Arrianus ingressus fuisset et locum
ubi sollemnia sua ageret non haberet ce-
pit ab eiusdem civitatis episcopo ecclesiam petere
quam suo errori dedicaret. Quod dum
valde episcopus negaret idem qui venerat
Arrianus beati Pauli apostoli ecclesiam
comminus sitam se die altero violenter
intraturum esse professus est. Quod
eiusdem ecclesie custos audiens festinus
cucurrit seras muniit. Facto autem
vespere lampades omnes extinxit seque in
interioribus munitionibus abscondit. In
ipso autem subsequentis lucis crepusculo
Arrianus episcopus collecta multitudine
advenit clausas ecclesie ianuas effringere
paratus. Et repente simul cuncte regie
divinitus concusse abiectis longius
seris aperte sunt. Atque cum magno sonitu
omnia ecclesie claustra patuerunt effuso
desuper lumine et omnes que extincte fue-
rant lampades accense sunt. Arriana
vero episcopus qui vim facturus advenerat
subita cecitate percussus est. Atque alie-
nis manibus ad suum habitaculum est re-
ductus. Quod dum Longobardi in eadem
regione omnes agnoscerent nequaquam ulterius
presumpserunt catholica loca temerare
Miro etenim modo res gesta est ut
quia eiusdem Arriani causa lampa-
des in ecclesia fuerant extincte uno eo-
demque tempore et ipse lumen perderet et in ecclesia lu-
men rediret. Sed neque hoc sileam quod
ad eiusdem Arriane Arriane hereseos
dampnationem in hac urbe ante biennium
pietas superna monstravit. Ex his
quippe que narro aliud populus agnovit
aliud autem sacerdotes et custodes ecclesie se
audisse testantur. Arrianorum ecclesia
in regione urbis huius / que Subura
dicitur cum clausa usque ante biennium permansis-
set placuit ut in fide catholica intro-
ductis illic beati Sebastiani et sancte
Agathe martirum reliquiis dedicari debuisset
quod et factum est. Nam cum magna populi
multitudine venientes et omnipotenti
domino laudes canentes / ecclesiam eandem
ingressi sumus / atque in ea missarum
sollemnia celebrarentur et pre eiusdem loci
angustia populus / et turba se comprimeret
quidam ex eis / qui extra sacrarium stabat

porcus subito inter suos pedes huc
illucque discurrere sensit, qui dum
viciscumque[?] peteret, et cunctis se stantibus
indicaret. Idem porcus ianuas
ecclesie petiit et omnes per quos exiit
in admirationem commovit, sed videri non
potuit a quibus sentiri potuisset. Quod id-
circo divina pietas ostendit, ut cunctis pate-
ret quia de loco eodem immundus ha-
bitator exiret. Peracta igitur missarum
celebratione recessimus, sed adhuc nocte
eadem magnus in eiusdem ecclesie
tectis strepitus factus est, ac si in hisdem
aliquis errando discurreret. Sequente autem
nocte gravior sonitus excrevit, ita ut
subito tanto horrore insonuit, ac si
illa ecclesia a fundamentis fuisset eversa,
et protinus recessit. Et nulla ulterius
inquietudo antiqui hostis apparuit,
sed per terrorem sonitus sui quem
fecit innotuit a loco quem diu tenuerat
quam coactus exiret. Post paucos autem
dies in magna serenitate aeris super
altare eiusdem ecclesie nubes celitus des-
cendit, suoque illud velamine operuit,
omnemque ecclesiam tanto terrore ac suavi-
tate odoris replevit, ut patentibus
ianuis nullus illic presumeret intrare,
et sacerdotes atque custodes, vel hi qui
ad celebranda missarum sollempnia
venerant, rem videbant, ingredi minime
poterant, et suavitatem mirifici odoris
trahebant. Die vero alio cum in ea lam-
pades sine lumine dependerent, emis-
so divinitus lumine sunt accense. Atque
post paucos itidem dies cum expletis
missarum sollempniis extinctis lampa-
dibus custos ex eadem ecclesia egressus
fuisset, post paululum intravit et lampa-
des quas extinxerat lucentes reperit,
quas negligenter extinxisse se credidit,
atque eas iam sollicitius extinxit, et e-
grediens clausit ecclesiam. Sed post trium ho-
rarum spatium regressus lucentes lam-
pades quas extinxerat invenit, ut videlicet
ex ipso lumine aperte claresceret, quia locus
ille de tenebris ad lucem venisset. **Petrus**

Et si in magnis sumus tribulationi-
bus positi, quia tamen de conditore nostro non
sumus omnino despecti testantur ea que
audio eius stupenda miracula. **Gregorius**

Orammus sola[?] Cap XXVII 21

que in italia gesta sunt narrare
decreveram, sed ne tamen ut pro ostenden-
da eiusdem Arriane heresis dampnatione
transeamus vero ad Hispanias, atque inde per
Africam ad Italiam redeamus. **Petrus**

Perge quolibet, nam letus ducor, letus
reducor. **Gregorius** Sicut multo-
rum qui ab Hispaniarum partibus veniunt rela-
tione cognovimus, nuper Hermenigildus
rex, Levigildi regis Wisigothorum filius,
ab Arriana heresi ad catholicam fidem viro
reverendissimo Leandro Hispalitano episcopo
dudum mihi in amicitiis familiariter iuncto pre-
dicante conversus est. Quem pater Arrianus
ut ad eandem heresim rediret et premiis
suadere et minis terrere conatus est. Cumque
ille constantissime responderet numquam se veram
fidem posse relinquere quam semel agno-
visset, iratus pater privavit eum regno rebus-
que omnibus expoliavit. Cumque nec sic virtu-
tem mentis illius emollire valuisset, in arta
illum custodia concludens, collum manusque
illius ferro ligavit. Cepit itaque Herme-
nigildus rex iuvenis terrenum regnum
despicere, et forti desiderio celeste querens in ci-
liciis iacens vinculatus omnipotenti deo ad
confortandum se preces effundere, tantoque se
sublimius sublimiorem gloriam transeuntis mundi
despicere, quanto et religatus agnoverat nil
fuisse quod potuit auferri. Superveniente
autem paschalis festivitatis die intempeste
noctis silentio perfidus pater ad eum Arrianum
episcopum misit, ut ex eius manu sacrilege conse-
crationis communionem perciperet, atque per hoc ad patris

gratiam redire meretur Sed vir deo de-
ditus arriano epo venienti exprobrauit
ut debuit eius q3 a se pfidiam dignis
increpacionibus repulit quia et si ex-
terius iacebat ligatus apud se tamen
in magno mentis culmine stabat securus
Ad se itaq3 reuerso epo arriano pater
infremuit statimq3 suos appatitores
misit qui constantissimum confessorem dei
illic ut iacebat occiderent quod et factum
est Nam mox ut ingressi sunt securim
cerebro eius infigentes vitam corporis
abstulerunt hoc q3 de eo valuit perime-
re quod ipsi quoq3 qui peremptus est in se con-
stiterat despexisse Sed pro ostendenda vera
eius gloria superna non defuere miracula nam
cepit in nocturno silencio psalmodie cantus
ad corpus eiusdem regis et martyris audiri
audiri atq3 ideo veracius regis quia martyris
Quidam etiam ferunt quod illic nocturno tempore ar-
dentes lampades apparebant vnde factum
est quatenus corpus illius ut videlicet
martyris iure a cunctis fidelibus venerari
debuisset Pater vero pfidus et parricida
commotus penitencia hoc fecisse doluit nec
tamen usq3 ad optinendam salutem peruenit
Nam quia vera esset catholica fides agno-
uit sed gentis sue timore perterritus
ad hanc peruenire non meruit Qui oborta
egritudine ad extrema perductus leandro
epo quem prius vehementer afflixerat re-
charedum regem filium suum quem in sua
heresi relinquebat commendare curauit
ut in ipso quoq3 talia faceret qualia
in fratre illius suis exhortacionibus fe-
cisset Qua commendacione expleta de-
functus est post cuius mortem recharedus
rex non patrem pfidum sed fratrem martyrem
sequens ab arriane heresis prauita-
te conuersus est totamq3 wisigothorum
gentem ita ad veram perduxit fidem ut nul-
lum in suo regno militare permitteret

qui regno dei hostis existere per hereticam
linguam non timeret Nec mirum quod predica-
tor veritatis frater eius existit quia frater eius est martyr
cuius hunc quoq3 merita adiuuant ut
ad omnipotentis dei gremium tam mul-
tos perducat qua in re considerandum
est nobis quia hec totum agi nequaquam possi-
si hermenegildus rex mortuus per
pro veritate non fuisset Nam sicut scriptum
est Nisi granum frumenti cadens in terram
mortuum fuerit ipsum solum manet Si
autem mortuum non fuerit multum fructum
affert hoc fieri videmus in membris quod
factum scimus in capite In wisigotho-
rum etenim gente vnus mortuus est ut
multi viuerent et dum vnum granum fideli-
ter cecidit ad optinendam fidem animarum
seges multa surrexit **Petrus** Re-

Res mira et nostris stupenda temporibus
Gregorius **A**estimam quoq3
temporibus augusti dum contra catholi-
corum vitam ex hortata a wandalis
arriana persecucio in affrica vehe-
menter insaniret quidam in defensione
veritatis epi fortiter persistentes ad me-
dium sunt deducti quos wandalorum
rex verbis ac muneribus flectere ad pfidi-
am non valens tormentis se frangere pos-
se credidit Nam eis in ipsa defensi-
one veritatis silencium indiceret nec
tamen ipsi contra pfidiam tacerent ne tacen-
do forsitan consensisse viderentur Ra-
ptus in furore rex eorum linguas ab-
scidi radicitus fecit Res mira et mul-
tis nota senioribus quia ita postea pro
defensione veritatis etiam sine linguis
loquebantur sicut prius uti linguis loqui
consueuerant **Petrus** **M**irandum
valde est et vehementer stupendum **Gre**

Scriptum petre est de vnigenito
filio patris In principio erat verbum

Et verbum erat apud deum et deus erat
verbum. De cuius ex virtute sub ingenti
miraculo perempti facti sunt. Quid ergo
mirum si verba edere sine lingua
potuit pro verbo quod linguam fecit.
Petrus Placet quod dicis. Gregorius
Hunc itaque eo tempore perfugii ad con
stantinopolitanam urbem ve
nit. atque eo tempore quo pro explendis ec
clesie causis ad principem responsa fungebar
sub ipsum seniorem quendam episcopum repperi
qui adhuc eos sine linguis vidisse
testabatur. ita ut aperto ore clama
rent. Ecce videte quia linguas non
habemus et loquimur. Videbatur enim
a respicientibus ut ferebatur. quia abs
cisis radicitus linguis quasi quoddam
barathrum patebat in gutture. et in ore
vacuo plena integraque verba formabantur.
Quorum ex illis unus in luxuriam
lapsus mox privatus est dono mi
raculi. recto videlicet dei omnipotentis iudicio
ut qui carnis continentiam servare negle
xerat sine lingua carnea non haberet
verba virtutis. Sed hec nobis pro
nunc heresios narratione dixisse
sufficiat. Nunc ad ea que nuper in yta
lia gesta sunt redeamus. C xxviii
Eleutherius autem cuius superius memoriam
feci clarissimus pater monasterii beati Mar
ci evangeliste urbis Spoletane situm est.
diu mecum est in hac urbe in meo mo
nasterio conversatus ibique defunctus est.
Quem sui discipuli ferebant orando mor
tuum suscitasse. Vir autem tante simpli
citatis erat et compunctionis quod dubium
non est quod ille lacrime ex tam humili
simplici mente edite apud omnipo
tentem deum multa obtinere potuissent.
Cuius ego aliquod miraculum narro quod
inquisitus ipse simpliciter fatebatur.
Quadam namque die dum iter carperet

facto vespere dum ad succedendum locus de
esset in monasterium virginum devenit. In
quo quidam parvulus puer erat quem
malignus spiritus omni nocte vexare
consueverat. Sed sanctimoniales femine viri
dei susceptione eum rogaverunt dicentes
Tecum pater iste puer hac nocte maneat.
Quod ipse benigne suscepit secum quod
eum nocte eadem iacere permisit. Facto autem
mane ceperunt sanctimoniales femine cum
patrem diligenter inquirere si quid puer
quem dederunt nocte eadem fecisset. Cum
miratus cur ita inquirerent respondit nihil.
Tunc ille eiusdem pueri causam mo
tuerit et quod malignus spiritus ab eo nocte rece
deret indicaverunt summopere postulantes
ut hunc secum ad monasterium tolleret quia
iam vexationem illius videre non possent.
Consensit senex et puerum ad monasterium
duxit. Cum in eum multo tempore in monasterio
fuisset et ad hunc aliquatenus hostis ac
cedere minime presumpsisset eiusdem senis
animus de salute pueri immoderatius per
letitiam tactus est. Nam coram positis
fratribus dixit fratres diabolus
sororibus cum illis fratribus iocabatur.
At vero ut ad servos dei ventum est ad
hunc puerum accedere minime presumpsit.
Post quod verbum hora eadem at
momento eodem idem puer coram cunctis fra
tribus diabolo invadente vexatus est.
Quo viso senex protinus se in lamentum
dedit. Quem dum diu lugentem fratres
consolari voluissent respondit dicens Cre
dite mihi quia in nullius mundi ore hoc
panis ingredietur nisi puer iste a demo
nio fuerit ereptus. Tunc se in orationem
cum cunctis fratribus stravit et eo usque ora
tum est quousque puer a vexatione
sanaretur. Nam tam perfecte sanatus
est ut ad eum malignus spiritus acce
dendi ausum ulterius non haberet. Petrus
Credo quod ei elationis pura subrepsit

eiusque discipulos omnipotens deus
sed illius voluit esse adiutores
Gregorius Ita quidem nam
pondus miraculi solus portare non
potuit quod inter fratres fecit et probavit
quanta virtutis esset
in semetipso expertus sum Nam cum
quodam tempore in monasterio positus in
assidua vitalium partium crebrisque an
gustiis per horarum momenta ad exitum
propinquarem quam medici greco eloquio
sincopin vocant et nisi frequenter me
fratres cibo reficerent funditus vitalis
spiritus intercidi videbatur Paschalis
supervenit dies cum sacratissimo sabbato
in quo omnes et parvuli pueri ieiunant
ego ieiunare non possem cepi plus
merore deficere quam infirmitate Citius
cumque consilium tacitus inveni ut eundem
virum dei secreto in oratorium ducerem
eique peterem ut omnipotenti deo ad ie
iunandum virtus daretur suis aput
omnipotentem deum precibus obtineret
obtineret Quod et factum est nam mox ut
oratorium ingressi sumus a me humiliter
postulatus sese cum lacrimis in orationem
dedit Et post paululum completa oratione
exiit Sed ad vocem benedictionis illius
virtutem tantam meus stomachus
accepit ut mihi funditus cibus et egri
tudo a memoria tolleretur Cepi mirari
quis essem et quis fuerim quia cum
ad animum redibat infirmitas nichil in me
ex his que meminieram recognoscebam
Cumque circa dispositionem monasterii oc
cupata mens esset obliviscebar funditus
egritudinis mee Si vero ut dixi ad me
moriam rediret egritudo tam forte
me cum esse sentirem mirabar si non co
medissem Cum ad vesperam veniens
tante me inveni fortitudinis ut si vo
luissem ieiunium usque in diem alterum
transferre potuissem Sicque factum est
ut in me probarem ea certa que de illo
esse quibus minime ipse interfuissem **Pe
trus** Quia eundem virum ma
gne compunctionis fuisse dixisti ipsarum
lacrimarum vim largius addiscere cu
pio Unde queso ut mihi quot sunt genera
compunctionis edisseras **Gregorius**
In multis speciebus divisa compunctio dividitur quando sin
gule queque a penitentibus culpe plan
guntur Unde et ex voce quoque penitentium
Ieremias ait Divisiones aquarum deduxit
oculus meus Principaliter vero compuncti
onis genera duo sunt quia deum sitiens
anima prius timore compungitur post
amore Prius enim sese in lacrimis affi
cit quia dum malorum suorum recolit
molem pro his perpeti eterna supplicia per
timescit At vero cum longa meroris an
xietudine fuerit formido consumpta quedam
iam de presumptione venie securitas na
scitur et in amorem celestium gaudi
orum animus inflammatur Et qui prius
flebat ne duceretur ad supplicium post
modum flere amarissime incipit quia
differtur a regno Contemplatur etenim
mens qui sint illi angelorum chori que
ipsa societas bonorum spirituum que ma
iestas eterne visionis dei et amplius
plangit quia a bonis perhennibus
deest quam flebat prius quia mala
eterna metuebat Sicque fit ut perfecta
compunctio trahat animum ad compunc
tionem dilectionis Quod bene in sacra veraci
historia figurata narratione descri
bitur que ait quia Axa filia Caleph
sedens super asinam suspiravit Cui dixit
pater suus Quid habes At illa respondit
Da mihi benedictionem terram australem
et arentem dedisti mihi iunge et irriguam
Dedit ei pater suus irriguum superius et ir
riguum inferius Axa quippe super asi
nam sedet cum irrationabilibus carnis

Exemplum de ieiunio [left margin, beside "cumque consilium tacitus inveni"]

[illegible] [right margin, beside "In multis speciebus"]

Nota [quot] sunt genera compunctionis [right margin, beside "Principaliter vero compuncti-"]

sue motibus anime presidet. Prius hunc
inspirans apud eum inriguum petiit
quia a creatore suo terram cum magno ge
mitu quendam est lacrimarum gratiam.
Sunt namque nonnulli qui iam dono non
percepto libere per iustitiam loquuntur, op
pressos tuentur, indigentibus possessa tribuunt,
ardorem fidei habent, sed adhuc gratiam
lacrimarum non habent. Hii nimirum terram
australem habent, sed adhuc inriguam in
digent, quia in bonis operibus positi
in quibus magni atque fervidi sunt,
oportet enim ut aut timore supplicii
aut amore regni celestis mala etiam que
ante perpetraverunt deplorent. Sed quia ut
dixi duo sunt compunctionis genera, dedu
ci pater suus inriguum superius et irri
guum inferius. Irriguum quippe superius
accipit anima cum sese in lacrimis celestis
regni desiderio affligit. Irriguum vero
inferius accipit cum inferni supplicia fle
do pertimescit. Et quidem prius irriguum
inferius ac post irriguum superius datur.
Sed quia compunctio amoris dignitate
preeminet, necesse fuit ut prius irriguum
superius et post irriguum inferius comme
morare debuissem. **Petrus** Pla
cet quod dicis. Sed post quam tam ve
nerande vite Eleutherium huiusmodi
fuisse dixisti, libet inquirere si huiusmodi
nunc esse credendum est aliquos electos.

Gregorius Cap XXXV

Floridus Tiburtine civitatis episcopus,
vite venerabilis atque sanctitatis, di
lectionis vestre ignotus non est. Hic
non esse apud se presbiterum quendam Aman
tium nomine precipue simplicitatis nar
ravit virum. Hunc et circa virtutis
prebebat ut apostolorum more manum super
egros ponat et salutem restituat, et
qualibet vehemens egritudo sit, a tactu
illius abscedat. Hunc hoc etiam habere
miraculum adiunxit, quia in quolibet

loco quamvis immanissime asperitatis
serpentem repperit, mox ut eum signo crucis
signavit extinguitur, ita ut virtute crucis
quam vir dei digito adhibuit eodem die
disruptis visceribus moriatur. Qui si
quando serpens in foramine fugit, signo crucis
os foraminis benedixit, statimque ex fora
mine serpens iam mortuus extrahitur. Quem tante
virtutis virum ipse etiam videre curavit. Qui
adhuc ad me deductus in infirmorum do
mo paucis diebus manere volui, ut si quid
de esse curationis gratia probari potuisset.
Ibi autem inter egros quidam alius captus
mente iacebat quem medici greco vocabulo
freneticum appellabant. Qui cum in nocte quadam
tam magnas voces sic insanus ederet ut
egros omnes clamoribus perturbaret,
ita ut nulli illic capere somnum
liceret, fiebat res valde miserabilis, quia
unde unus male, inde omnes deterius ha
bebant. Sed sicut et prius a reverentissimo
consacerdote meo qui tunc cum predicto presbitero
illic puer manebat, et post ego ipse in nocte
eadem custodibus sumebat subtiliter
agnovi, isdem venerabilis pater de suo statu
surgens ad lectum frenetici silenter accessit,
et super eum positis manibus oravit. Moxque
illum meliorem tulit, atque in superiora
domus secum in oratorium duxit, ubi pro eo
liberius orationi incubuit, et statim eum
ad lectum suum sanum reduxit, ita ut nullas
voces ultra ederet, neque egrotantes
aliquo clamore turbaret, nec sua egritu
dine mentem alienam quam perfecte receperat me
tem sanatam. Ex quo eius viro facto didicimus
ut de illo omnia crederemus. **Petrus**

Magna vite edificatio est videre
viros mira facientes atque in civibus
suis Ierusalem celestem in terra conspicere.

Gregorius Cap XXX

Nec hoc silendum puto quod me praesente
deus sub Maximiano famulo suo
nunc Siracusano episcopo, tunc autem mei mo
nasterii preposito dignatus est ostendere. Maximianus
iam dudum iussione pontificis in Constantinopolitana

orbis pallacio responsis ecclesiasticis deser-
virem, illic ad me isdem venerabilis
Maximianus caritate exigente cum
fratribus venit. Qui cum ad monasterium
meum Romam rediret in mari Adriatico
immensa tempestate deprehensus inestima-
bili modo atque inusitato miraculo erga se
cunctosque qui cum eo erant omnipotentis
dei et iram cognovit et graciam. Nam
cum in eorum morte venti in immensum
elevati fluctus sevirent, ex navi
clavus perditus, arbor abscisa est, vela
in undis proiecta, totaque navis quas-
sata nimiis fluctibus ab omni fuerat
sua compage dissoluta. Foraminibus itaque
patentibus intravit mare, atque usque ad
superiores tabulas implevit navem,
ita ut tam navis in undis quam unde
iam intra navem esse viderentur. Qui in
eadem navi residentes non iam ex mor-
te vicina, sed ex ipsa eius presencia ac vi-
sione turbati omnes sibimet pacem dederunt,
corpus et sanguinem redemptoris acce-
perunt, deo se singuli commendantes, ut
eorum animas benigne susciperet quorum
corpora in tam pavendam mortem tradiderat.
Sed omnipotens deus qui eorum mentes terruit
mirabiliter eorumque vitam mirabilius
servavit. Nam diebus octo navis eadem
usque ad superiores tabulas aquis plena
iter suum peragens enatavit. Nono autem
die in Cotronensis castri portu deducta
est. Ex qua cuncti exierunt incolumes
qui cum predicto venerabili Maximiano na-
vigabant. Cumque post eos fuisset egressus,
mox eiusdem portus profundo navis
dimersa est, ac si illis egredientibus pro
pondere sublevacionis caruisset, et que
plena hominibus in pelago aquas por-
taverat, atque navigante Maximiano cum suis
fratribus recedente aquas hominibus in por-
tu non valuit portare, ut hinc omnipotens
deus ostenderet quia hanc onustam sua
manu portaverat tenuerat, que ab hominibus
vacua et derelicta super aquas non
potuit natare. Cap. XXXI

Ante dies quoque fere xl vidisti apud
me cum quibus simplicis medicinam (?)
sancti venerabilis vite presbiterum Sanctulum nomine,
qui ad me ex Nursie provincia annis
singulis venire consueverat. Sed ex eadem
provincia quidam monachus ante triduum veniens
qui gravi merore me perculit, quia
eundem virum obisse nunciavit. Cuius ego
viri etsi modo sine gemitu dulcedinis
recolo, ea tamen sine formidine que dixit
narro, quas a compluribus eius sacerdotibus
mira veritate et simplicitate preditus
agnovi. Et sicut nostis amatores se animi
magnum caritatis et familiaritatis causa
per eum a me plerumque ex dulcedine excitavi(?)
ipse quoque de hiis que egerat extrema
quedam fateri cogebatur. Hic namque
quodam tempore cum in loco Longobardi
olivas prementes, ut in oleum liquari
debuisset, sicut locum uberat (?) et voluit (?)
et amici utrem vacuum ad prelum detulit,
laborantes leto vultu salutavit, utrem
protulit, et imbuendo potius quam pe-
tendo eum sibi implendum misit. Sed gentiles
viri qui toto iam die fuissent laborantes
atque ab olivis exigere oleum torquendo
non poterant, verba illius moleste sus-
ceperunt, eumque in iniuriis infestati
sunt. Quibus vir dei leniori adhuc
vultu rudit dicens: Sic preme orietis
istud utrem Sanctulo implebitis et
a nobis reverteretur. Cumque illi ex olivis
oleum defluere non cernerent et virum
dei ad implendum utrem insistere viderent,
vehementius accensi hunc in maioribus
verborum contumeliis detestari ceperunt. Vir
autem dei videns quod ex prelo oleum nul-
lomodo exiret, aquam sibi dari petiit, quam
cunctis videntibus benedixit atque in
prelo suis manibus iactavit. Ex qua prius
benedictione tanta ubertas erupit
olei, ut Langobardi qui prius impressis

laboraverat non solum sua vascula omnia servarent sed utrem quoque quem vir dei detulerat implerent gratias agentes quia is qui oleum petere venerat benedictionem dedit quod postulabat. Alio quoque tempore cum hiemes ibi fames incubuissent et beati laurentii martiris eciam longobardis fuisset incensa quam vir dei restaurare cupiens multos artifices ac plures subministratores operariorum adhibuit quibus necesse erat ut quottidianus sumptus laborantibus sine dilatione preberetur. Sed exigente inopia panis defuit. Ceperunt itaque laborantes instanter victum querere quia vires ad laborem pro inopia non haberent. Quod vir dei audiens eos verbis consolabatur foris promittendo quod deerat sed ipse gemitum accipiebat intus et exhibere alimentum non valens quod promittebat. Cum vero huc illucque anxius pergeret devenit ad clibanum in quo vicine mulieres pridie coxerant panes ibique inclinatus aspexit ne fortasse panis a coquentibus remansisset. Cum repente panem mire magnitudinis atque insoliti candoris invenit quem tulit quidem sed deferre artificibus noluit ne fortasse alienus esset et culpam crederet ex pietate perpetraret. Proximas tunc itaque mulieres detulit eumque omnibus ostendit atque ne cuius earum remansisset inquisivit. Omnes autem que pridie panes coxerant suum hunc esse negaverunt atque panes suos integro numero a clibano professe sunt detulisse. Tunc letus vir domini pane ad artifices detulit multosque percepit cum uno pane ut omnipotenti deo gratias agerent ammonuit et quia eis annonam tribueret indicavit eisque ad refectionis refectionem invitatis protinus inventum panem apposuit. Quibus sufficienter plene quoque satiatis plura ex eo quam ipse panis fuerat fragmenta collegit. Que die quoque altero eis ad

refectionem intulit. Sed et quod ex fragmentis superat ipsa que apposita fuerant fragmenta superabant. Factumque est ut per dies decem omnes illi artifices atque operarii ex illo uno pane saciati hunc eciam quottidie ederent et ex eo quottidie quod eis non posset in crastinum superesset ac si fragmenta panis illius pascendo crescerent et cibum comedentium ora repararent.

Petrus. Mira res atque in exemplo dominici corporis vehementer stupenda.

Gregorius. Ipse petre multos de uno pane saciare potuit per famulum suum qui ex quinque panibus quinque milia hominum saciavit per semetipsum. Qui pauca semina in immensa segetum frumenta multiplicat qui ipsa quoque semina produxit ex terra et simul omnia creavit ex nichilo. Sed ne ducta miraculis que venerandus vir Sanctulus exterius fecit audi ex virtute quid interius fuit. Die certo quadam a longobardis captivus quidam diaconus tenebatur ligatus. Quem ipsi longobardi qui eum tenuerant interficere cogitabant. Ad vesperascente autem die vir domini Sanctulus ab eisdem longobardis petiit ut relaxari ei atque vita concedi debuisset. Quod ipsi se posse facere omnino negaverunt. Cumque mortem illius deliberasse eos cerneret petiit ut sibi ad custodiendum tradi debuisset. Cui protinus responderunt Tibi quidem ad custodiendum eum damus sed ea condicione interposita ut si iste fugerit pro eo ipse morieris. Quod vir domini libenter accipiens predictum diaconum in sua suscepit fide. Qui nocte media cum longobardos omnes somno graviter depressos cerneret excitavit et ait ei Surge et concitus fuge liberet te omnipotens deus. Sed idem diaconus promissionis eius non immemor videlicet dicens Fugere pater non possum quia si ego fugiam sine dubio tu pro me morieris. Quem vir dei Sanctulus ad fugiendum compulit dicens Surge et vade te deus omnipotens eripiat. Nam ego

in sanguinem eius, sed tantum in me possunt facere ut ipse per me insciente effugit. Itaque diaconus [fugit] et quasi deceptus in medio fideiussor remansit. Facto igitur mane Longobardi qui diaconum ad custodiendum dederant, remeaverunt et quem dederunt petierunt. Sed hunc venerandus presbyter fugisse respondit dicens. Tunc illi inquiunt: Scis ipse melius quid convenit. Quibus cum vir domini constanter ait: Scio quid dixeritis. Bonus homo es, nolumus te per diversos cruciatus mori, elige tibi mortem quam vis. Quibus vir domini respondit dicens: In manu dei sum, ea morte me occidite qua me occidi ipse permiserit. Tunc omnibus qui illic aderant Longobardis placuit ut eum capite truncari debuisset, quatinus sine cruciatu vitam eius compendiosa morte terminarent. Cognito itaque quod Sanctulus qui inter eos pro sanctitatis reverentia magni honoris habebatur occidendus esset, omnes qui in eodem loco inventi sunt Longobardi convenerunt, sicut sunt nimie crudelitatis leti ad spectaculum mortis constiterunt. Itaque dei vir in medio deductus est atque ex omnibus viris fortibus electus est unus, de quo dubium non esset quod uno ictu caput eius abscideret. Venerandus igitur vir inter armatos deductus ad sua arma cucurrit. Nam petiit ut sibi paululum licentia daretur orandi. Quam dum concessam fuisset in terram se stravit et oravit. Cumque paulo diutius oraret, hunc electus interfector calce pulsavit ut surgeret dicens: Surge et flexo genu tende cervicem. Surgens autem vir domini genu flexit et cervicem tetendit. Qui tenso collo evaginatam contra se spatam intuens hoc verbum dixisse fertur: Sancte Iohannes, suscipe illam. Tunc electus carnifex cum ense forti altum brachium percussurus levavit, sed deponere nullo modo potuit. Nam repente diriguit et erecto in celum gladio brachium inflexibile remansit. Tunc omnis Longobardorum turba que ad illud mortis spectaculum aderat in laudis favorem conversa mirari cepit, coram que dei famulum timore venerari, quia profecto claruerat cuius sanctitatis esset, qui carnificis sui brachium in aere ligasset. Itaque postulatus ut surgeret surrexit, postulatus ut brachium sui carnificis sanaret, negavit dicens: Ego pro eo nullo modo orabo, nisi mihi ante iuramentum dederit quia cum manum ista christianum hominem non occidat. Ex Longobardis quidam, qui ut ita dicam brachium contra deum tendendo perdiderat, pena sua exigente compulsus est iurare se christianum hominem numquam occidere. Tunc vir domini precepit ei dicens: Depone manum deorsum. Qui statim deposuit. Atque illico adiunxit: Remitte gladium tuum in vaginam. Et statim remisit. Omnes ergo tante virtutis hominem cognoscentes boves et iumenta que depredata fuerant certatim ei offerre in munere volebant. Sed vir domini tale munus suscipere renuit, munus autem bone mercedis quesivit dicens: Si mihi aliquid vultis concedere, omnes captivos quos habetis mihi tribuite, ut habeam unde pro vobis debeam orare. Factum quoque est et omnes captivi cum eo dimissi sunt, atque superna gratia disponente, cum se unus pro uno morti obtulit, multos a morte liberavit.

Petrus. Mira res et quamvis ab aliis hanc et ipse cognoverim, vere tamen quia quotiens narratur innovatur.

Gregorius. Nichil in hac re in Sanctulo mireris, sed pensa si potes quis ille spiritus fuit qui eius tam simplicis mentem tenuit atque in tanto virtutis culmine erexit. Ubi eius animus fuit, qui modo pro proximo tam constanter decrevit et pro temporali vita fratris vitam suam despexit atque sub gladio cervicem tetendit. Hunc ergo vis amoris illud cor tenuit quod mortem suam pro proximi salute non expavit. Et quamvis certe quia isdem vir venerabilis Sanctulus ipsa quoque elementa

litterarum non noverat bene legis pre
cepta nesciebat / sed quia plenitudo legis
est caritas legem dei totam in dei et
proximi dilectione servavit / et quod foris
in cognitione non noverat intus vive
bat in amore et qui numquam fortasse
legerat quod de redemptore nostro Iohannes
apostolus dixit quoniam ille pro nobis animam suam
posuit / et nos debemus pro fratribus animas
ponere tam sublime apostolicum preceptum
faciendo magis quam sciendo noverat
Comparemus si placet eius hanc nostram in
doctam scientiam illius doctam ignoranciam
Ubi hec nostra iacet ubi illius disciplina
eminet Nos de virtutibus tantum loqui
mur et quasi iuxta fructifera arbusta
positi odoramus poma nec manducamus
Ille virtutum fructus carpere noverat
quamvis hos in verbis odorari nesciebat

Petrus Quid nam queso te esse
existimas quod boni quique subtrahuntur
optima / et qui vivere ad edificationem multorum
poterant aut penitus inveniri nequeunt
aut certe omnino rarescunt **Gregorius**

Malicia remanencium meretur ut hii
qui prodesse poterant festine subtrahantur
et cum mundi finis appropinquat electi tollan
tur ne deteriora videant Hinc etenim ait
propheta Iustus perit et nemo est qui re
cogitet in corde suo et viri misericordie col
liguntur / quia non est qui intelligat
~~recogitet in corde~~ suo intelligat Hinc
rursum scriptum est Aperite ut exeant
qui conculcent eam Tollite de via petras lapi
des Hinc salomon ait Tempus mittendi
lapides et tempus colligendi Quo igitur
finis mundi urget necesse est ut vivi lapi
des ad edificium celeste colligantur / quatenus
nostra Iherusalem ad sue constructionis
mensuram crescat Nec tamen ita electos omnes subtrahi
credimus ut soli in mundo perversi rema
neant Nam numquam peccatores ad lamen
ta penitencie redirent si nulla essent bonorum
exempla que eorum mentes traherent **Petrus**

Incassum subtrahi bonos conqueror
cum catervatim perire et malos video

Gregorius Capitulum 32

Non debere te nihil petre mireris nam
redemptus ferentine civitatis
episcopus vite venerabilis vir qui ante
hos fere annos septem ex hoc mundo migravit
dilectioni tue cognitus fuit / Hic michi adhuc
in monasterio posito familiariter valde iunge
batur / et hoc quod Iohannis iunioris
predecessoris mei tempore de mundi fine cogno
verat sicut longe lateque claruerat / a
me requisitus ore proprio narrabat Dicebat
namque quia quadam die dum parrochias
suas ex more circuiret pervenit ad ecclesiam
beati martiris Euticii ad vesperascentem vero
iam diem stratum sibi fieri iuxta sepul
crum martiris voluit atque ibi post laborem
quievit Cum nocte media ut asserebat
nec dormiebat nec perfecte vigilare pote
rat / sed depressus ut solet gravabatur quo
dam pondere anime vigilans / atque ante
eum idem beatus vir Euticius astitit
dicens Redempte vigilas Cui respondit
vigilo · Qui ait Finis ~~venit~~ universe
carnis · finis venit universe carnis
postquam trinam vocem visio martiris
que eius mentis oculis apparebat eva
nuit Tunc vir dei surrexit seque in
orationis lamentum dedit / mox enim illa ter
ribilia signa in celo secuta sunt ut haste
atque acies ignee ab aquilonis parte vide
rentur Mox effera Longobardorum gens
de vagina habitationis sue educta in nostram
cervicem grassata est / atque humanum genus
quod in hac terra pre multitudine nimia
quasi spisse segetis more surrexerat succi
sum aruit Nam depopulate urbes
eversa castra ecclesie concremata destru
cta sunt monasteria / virorum atque feminarum
desolata ab omnibus predia atque ab omni
cultore destituta in solitudine vacat
terra / occupant bestie loca que prius
multitudo hominum tenebat Et quid in aliis

Quare boni tolluntur de mundo malis re
manentibus et si omnes boni tolluntur

mundi partibus agatur ignoro. Nam in hac terra in qua nos vivimus finem suum mundus non iam nuntiat sed ostendit. Tanto ergo nobis necesse est instantius aeterna quaerere quanto a nobis cognoscimus velociter temporalia fugisse. Despiciendus a nobis hic mundus fuerat etsi blandiretur, si rebus prosperis demulceret animum. At postquam tot flagellis premitur, tanta adversitate fatigatur, tot nobis cotidie dolores ingeminat, quid nobis aliud quam ne diligatur clamat? Multa autem fuerant quae adhuc de electorum factis narrare debuissem, sed haec silentio praetereo quia ad alia festino.

Terrae mundus est despiciendus

Petrus Multos intra sanctae ecclesiae gremium constitutos de vita animae post mortem carnis perpendo dubitare. Quaeso ut debeas vel quae ex ratione suppetunt vel si qua animarum exempla animo occurrunt pro multorum aedificatione dicere, ut hi qui suspicantur discant cum carne animam non finiri.

Gregorius Laboriosum valde hoc opus est et maxime occupato animo atque ad alia tendenti. Sed si sunt quibus prodesse valeat, voluntatem meam procul dubio postpono utilitati proximorum, et inquantum Deo largiente valuero, animam post carnem vivere subsequenti hoc quarto volumine demonstrabo.

Vide registrum huius capituli in fine operis

De affligendo corde mox sacrificium misteria
et de mentis custodia post conpunctionem
De laxandis alienis culpis ut nobis
laxentur

Quartus dyalogorum

Postquam de paradisi gaudiis
culpa exigente expulsus
est primus humani generis
parens in huius exilii
atque cecitatis quam pati
mur erumpnam venit quia peccando
extra semetipsum fusus iam illa cele
stis patrie gaudia que prius conte
mplabatur videre non potuit. In paradiso
quippe homo assueverat verbis dei
perfrui bonorum angelorum spiritibus cor
dis mundicia et celsitudine visionis
interesse sed postquam huc cecidit ab
illo quo implebatur mentis lumine
recessit. Ex cuius videlicet carne
nos in huius exilii cecitate nati au
divimus quidem esse celestem patriam au
divimus eius cives angelos dei audivimus
eorundem angelorum socios spiritus
iustorum perfectorum sed carnales
quique quia illa invisibilia scire
non valent per experimentum dubitant
utrum ne sint que corporalibus oculis
non videntur. Que nimirum dubie
tas in primo parente nostro esse non potuit
quia et exclusus a paradisi gaudiis
hoc quod amiserat quia viderat
tamen recolebat. Hii autem sentire vel
recolere audita non possunt quia
eorum nullus sicut ille saltem de pre
terito experimento tenet. Ac
si enim pregnans mulier mittatur in car
cerem ibique puerum pariat qui
natus puer in carcere nutriatur et
crescat cui si fortasse mater que hunc
genuit solem lunam stellas montes
campos volantes aves currentes
equos nominet ille vero qui est in car
cere natus et nutritus nil aliud quam
tenebras carceris sciat et hec quidem
esse audiat sed quia per experimentum non
novit veraciter esse diffidit. Ita in hac
exilii sui cecitate nati homines dum esse
summa et invisibilia audiunt diffidunt
an vera sint quia sola hec infima in quibus
nati sunt visibilia noverunt. Unde factum
est ut ipse visibilium et invisibilium cre
ator ad humani generis redemptorem
unigenitus filius patris veniret et spiritum
sanctum ad corda nostra mitteret quatenus per eum
vivificati crederemus que adhuc scire
per experimentum non possumus. Quot ergo
hunc spiritum hereditatis accepimus
pignus de vita invisibilium non du
bitamus. Quisquis autem in hac credu
litate adhuc solidus non est debet
procul dubio maioribus predicamentis fidem
prebere eisque iam per spiritum sanctum invisi
bilium experimentum habentibus credere.
Nam stultus est puer si matrem ideo
estimat de luce mentiri quia ipse nil aliud
quam tenebras carceris agnovit. Petrus
Placet valde quod dicis sed qui
esse invisibilia non credit profecto
infidelis est. Qui vero infidelis est in eo quod
dubitat fidem non querit sed rationem. Gregorius
Audenter dico quia sine fide neque
infidelis vivit. Nam si eum infidelem
percunctari voluero quem patrem vel quam
matrem habuit protinus respondet illum atque
illam. Que si statim requiram utrum
noverit quando conceptus sit vel viderit
quando natus nil horum se vel nosse vel
vidisse fatebitur et tamen quod non vidit
credit. Nam illum patrem illam matrem habuisse
sine ambiguitate testatur.
Petrus Fateor quia nunc usque
nescivi quod et infidelis haberet fidem.
Gregorius Habent etiam infide
les fidem sed utinam in deum. Quam si
utique haberent infideles non essent. Sed
hinc in sua perfidia redarguendi sunt
hinc ad fidei gratiam provocandi quia
si de visibilibus suis corporeis credunt

quod in re viderunt, invisibilia non crediderunt, quae corporalia videre non possunt. Nam quia post mortem carnis vivat anima, patet ratio, sed fidei admixta. Tres quippe vitales spiritus creavit omnipotens Deus, unum qui in carne non tegitur; alium qui carne tegitur, sed non cum carne moritur; tertium qui carne tegitur et cum carne moritur. Spiritus namque est qui carne non tegitur angelorum; spiritus qui carne tegitur et cum carne non moritur hominum; spiritus qui carne tegitur et cum carne moritur iumentorum omniumque brutorum animalium. Homo itaque sicut in medio creatus est, ut esset inferior angelo, superior iumento, ita aliquid habet commune cum summo, aliquid quoque cum infimo: immortalitatem scilicet spiritus cum angelo, mortalitatem vero carnis cum iumento, quousque et ipsam mortalitatem carnis gloria resurrectionis absorbeat, et inhaerendo spiritui caro servetur in perpetuum, quia et ipse spiritus inhaerendo Deo servatur. Quae tamen caro nec in reprobis in supplicio perfecte deficit, quia semper deficiendo subsistit, ut qui spiritu et carne peccaverunt, essentialiter viventes et carne et spiritu sine fine moriantur.

Tres spiritus Deus creavit

Petrus. Audita fidelibus placent cuncta quae dicis. Sed quaeso te, spiritum hominis atque iumentorum tanta distinctione discernens, quid est quod Salomon ait: Dixi in corde meo de filiis hominum, ut probaret eos Deus et ostenderet eos similes esse bestiis. Idcirco unus interitus est hominis et iumentorum, et aequa utriusque conditio. Et ad haec cauti sententiam suam subtiliter subsequens adiunxit: Sicut moritur homo, sic et illa moriuntur; similiter spirant omnia, et nihil habet homo iumento amplius. Cuius videlicet generalem diffinitionem subinfert dicens: Cuncta subiacent vanitati, et omnia pergunt ad unum locum; de terra facta sunt, et in terram pariter revertuntur.

Gregorius. Salomonis liber in quo haec scripta sunt Ecclesiastes est appellatus. Ecclesiastes enim proprie concionator dicitur. In concione vero sententia promitur, per quam tumultuosae turbae seditio compescatur. Item multi diversa sentiunt, per concionantis rationem ad unam sententiam perducuntur. Hic ergo liber idcirco concionator dicitur, quia Salomon in eo quasi tumultuantis turbae suscepit sensum, ut ea per inquisitionem dicat, quae fortasse per temptationem imperiti mens sentiat. Nam quot sententias quasi per inquisitionem movet, quasi tot in se personas diversarum suscepit. Sed concionator verax velut extensa manu omnium tumultus sedat, eosque ad unam sententiam revocat, cum in eiusdem libri termino ait: Finem loquendi omnes pariter audiamus: Deum time, et mandata eius observa; hoc est enim omnis homo. Si enim in libro eodem per locutionem suam multorum personas non susciperet, cur ad audiendum loquendi finem secum pariter omnes admonebat? Qui igitur in fine libri dicit: Omnes audiamus, ipse sibi testis est, quia in se multorum personas suscipiens, quasi solus locutus non est. Unde et alia sunt quae in libro eodem per inquisitionem moventur, atque alia quae per rationem satisfaciunt; alia vero quae ex temptati profert animo, atque adhuc huius mundi delectationibus dediti; alia vero in quibus ea quae voluptatis sunt, atque animum a delectatione compescit. Ibi namque ait: Hoc itaque visum est bonum, ut comedat quis et bibat et fruatur laetitia ex labore suo. Et longe inferius subiungit: Melius est ire ad domum luctus quam ad domum convivii. Si enim bonum est manducare et bibere, melius fuisse videbatur ad domum convivii pergere quam ad domum luctus. Ex qua re ostenditur quia illud ex infirmantium persona intulit, hoc vero ex rationis diffinitione subiunxit. Nam ipsas primum

[...] sit ecclesiastes et quare concionator

rationis causas edisseruit, et de domo luctus que sit utilitas ostendit dicens: In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, et vivens homo cogitat quid futurum sit. Rursum illic scriptum est: Letare juvenis in adolescentia tua, et paulo post subditur: Adolescentia enim et voluptas vana sunt. Qui dum hoc postmodum redarguit, vanum esse quod prius admonuisse videbatur, patenter indicat quod illa quasi ex carnali desiderio verba intulit, hoc vero ex judicio veritatis subjunxit. Sicut ergo delectationem prius carnalium exprimens, curis postpositis, denuntiat bonum esse manducare et bibere, quod tamen postmodum ex judicii ratione reprehendit, dum esse melius dicit ire ad domum luctus quam ad domum convivii; sicut letari debere juvenem in adolescentia sua quasi ex deliberatione carnalium posuit, et tamen post per diffinitionem sententie adolescentiam et voluptatem vana esse redarguit; ita etiam concionator noster velut ex mente infirmantium humane suspicionis sententiam proposuit, cum dicit: Unus est interitus hominis et jumentorum, et equa utriusque conditio: sicut moritur homo, sic et illa moriuntur; similiter spirant omnia, et nihil habet homo jumento amplius. Qui tamen ex diffinitione rationis suam postmodum sententiam profert dicens: Quid habet amplius sapiens stulto? Et quid pauper, nisi ut pergat illuc ubi est vita? Qui igitur dixit: Nihil habet homo jumento amplius, ipse rursum diffinivit quia habet aliquid sapiens non solum amplius a jumento, sed etiam ab homine stulto, videlicet ut pergat illuc ubi est vita. Quibus verbis primum indicat quia hic hominum vita non est, quam esse alibi testatur. Habet ergo hoc homo amplius jumentis, quod illa post mortem non vivunt, hic vero tunc vivere incipit cum hanc visibilem per mortem carnis vitam consummat. Qui etiam longe inferius dicit: Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus nec ratio nec sapientia erit apud inferos quo tu properas. Quomodo ergo unus interitus est hominis et jumentorum, et equa conditio utriusque, aut quomodo nihil habet homo jumento amplius, cum illa post mortem carnis non vivunt, hominum vero spiritus, qui pro malis suis operibus per mortem carnis ad inferos deducuntur, nec in ipsa morte moriantur? Sed in utraque tam dispari sententia demonstratur quia concionator verax et illud ex temptatione carnali intulit, et hoc postmodum ex spirituali diffinitione veritatis diffinivit.

Petrus. Libet me nescisse quod requisivi, dum quod tanta subtilitate cognovi discere quod nesciebam. Sed queso te ut me equanimiter feras, si ipse quoque apud te more discipulorum infirmantium in me personam suscepero, ut eisdem infirmantibus prodesse propinquius quasi per condescensionem questionis possim.

Gregorius. Cur condescendentem te infirmitati proximorum equanimiter non feram, dum Paulus dicat: Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos? Unde ipse quoque dum ex condescensione caritatis egeris, in hac amplius venerandus es, in qua morem egregii predicatoris imitaris.

Petrus. Quodam fratre moriente presentem me fuisse contigit. Qui repente dum loqueretur, vitalem emisit flatum, et quem prius loquentem videbam, subito extinctum vidi. Sed ejus anima utrum egressa sit an non egressa, non vidi. Et valde durum videtur ut credatur res esse, quam nullus valet videre.

Gregorius. Cap. V.

Quid mirum, Petre, si egredientem animam non vidisti, quam et manentem in corpore non vides? Numquid nunc modo mecum loquens, quia videre in me non vales animam meam, idcirco esse me exanimem credis? Natura quippe anime invisibilis

Finis

potest

[illegible] potest videri in corpore sive extra corpus

est atque ita e corpore invisibiliter egreditur sicut in corpore invisibiliter manet. **Petrus.** Sed vitam in corpore anime manentis pensare possum ex ipsis motibus corporis, quia nisi corpori anima adesset eiusdem membra corporis non possent moveri (*marg.:* possent / moveri); vitam vero anime post carnem in quibus motibus quibusve operibus videam, ut ex rebus visis colligam quod videre non possum?

Gregorius. Capitulum VI

(marg.: Deus sibi implet omnia)

Non quidem simili sed dissimili modo dico, quia sicut vis anime vivificat et movet corpus, sic vis divina implet que creavit omnia, et alia aspirando vivificat, aliis tribuit ut vivant, aliis vero solummodo ut sint. Quia vero esse non dubitas creantem et regentem, implentem et circumplectentem, transcendentem et sustinentem, incircumscriptum atque invisibilem Deum, ita non dubitare debes hunc invisibilia obsequia habere. Debent quippe ea que ministrant ad eius similitudinem tendere, ut ea que invisibili serviunt esse invisibilia non dubitentur. Hec autem que esse credimus nisi sanctos angelos et spiritus iustorum? Sicut ergo motum considerans corporis vitam anime in corpore manentis perpendis ex minimo, ita vitam anime exeuntis e corpore perpendere debes a summo, quia per invisibilem vivere que adesse potest in obsequio invisibilis conditoris manet. **Petrus.** Recte dicitur, sed mens refugit credere quod corporeis oculis non valet videre.

Gregorius. Capitulum VII

(marg.: Visibilia videntur per invisibilia)

Cum Paulus dicat: Est enim fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium, hoc veraciter dicitur credi quod non valet videri. Nam credi iam non potest quod videri potest. Ut tamen te brevi reducam ad te, nulla visibilia nisi per invisibilia videntur. Ecce enim cuncta corporalia oculus tui corporis videt, nec tamen ipse corporeus oculus aliquid corporeum videret nisi hunc res incorporea ad videndum acueret. Nam tolle mentem que non videtur, et incassum patet oculus qui videbat. Subtrahe animam corpori, remanent procul dubio oculi in corpore aperti. Si igitur per se videbant, cur discedente anima nichil vident? Hinc ergo collige quia ipsa quoque visibilia non nisi per invisibilia videntur. Ponamus quoque ante oculos mentis edificari domum, immensas moles levari, pendere magnas in machinis columpnas. Quis, queso, hoc opus operatur? Corpus quod visibile illas moles corporis manibus trahit, an invisibilis anima que vivificat corpus? Tolle enim quod non videtur in corpore, et mox immobilia remanent cuncta que moveri videbantur visibilia corporis metalla. Pensandum ergo est quia in hoc quoque mundo visibili nichil nisi per creaturam invisibilem disponi potest. Nam sicut omnipotens Deus aspirando atque implendo ea que ratione subsistunt et vivificat et movet invisibilia, ita ipsa quoque invisibilia implendo manet atque sensificat carnalia corpora que videntur. **Petrus.** Istis fateor allegationibus libenter victus, nulla pene iam esse visibilia existimare compellor, qui prius in me infirmantium personas suscipiendo de invisibilibus dubitabam. Itaque placent cuncta que dicis, sed tamen sicut vitam anime in corpore manentis ex motu corporis agnosco, ita vitam anime post corpus quibusdam aptis rebus attestantibus agnoscere cupio. **Gregorius.** Hac in re si cor paratum tue dilectionis invenio, in allegatione minime laboro. Numquid non sancti apostoli et martyres Christi presentem vitam despicerent, in morte carnis animas ponerent, nisi certiorem vitam animarum subsequi scirent?

Tu vero ipse cum quieres quia vitam
anime in corpore manentis ex motibus
corporis agnoscis / et certe hii qui etiam
in corpore posuerunt / eius animarum vita(m)
post mortem carnis et crediderunt coti-
dianis miraculis coruscare / ad extinc-
ta namque eorum corpora venientes egri
veniunt / et sanantur periuri veniunt et libe-
rantur demonio vexantur demonia-
ci veniunt / et liberantur leprosi veniunt
et mundantur / deferuntur mortui et su-
scitantur / Pensa namque quales eorum
anime vivunt illic ubi vivunt quorum
et mortua corpora hic in tot miraculis
vivunt. Si igitur vitam anime manen-
tis in corpore deprehendis ex motu mem-
brorum / cur non perpendis vitam anime post
corpus etiam per ossa mortua in virtute
miraculorum. **Petrus.** Nulla
ut opinor huic allegationi obsistit
ratio in qua ex rebus visibilibus
cogimur credere quod non videmus.

Gregorius Cap octavum

Paulo superius questus es nunquam mo-
rientis cuiusdam egredientem
te animam non vidisse / sed hoc ipsum iam
culpe fuit quia corporeis oculis rem in-
corpoream videre quesisti. Nam multi
nostrorum mentis oculum fide pura et uberi
oratione mundantes egredientes e car-
ne animas frequenter viderunt. Unde nunc
mihi necesse est vel quales egredientes anime
vise sunt / vel quanta ipse dum egrederentur
viderint enarrare quatinus fluctuanti
animo / quod plene ratio non valet exem-
pla suadeant. In secundo siquidem huius operis
libro iam fatus sum / quod vir venerabilis
Benedictus sicut a fidelibus eius discipulis
agnovi / longe a Capuana urbe posi-
tus Germani eiusdem urbis episcopi animam in no-
cte media in globo igneo ad celum ferri
ab angelis aspexit. Quam cum eandem quoque
ascendentem animam intueretur mentis
laxato sinu / quasi sub uno solis radio
cunctum in sinu mundum collectum vidit.

Cap ix

Eiusdem quoque discipulis illius narranti-
bus didici quia duo nobiles viri atque
exterioribus studiis eruditi germani fratres
quorum unus Speciosus alter vero Gre-
gorius dicebatur eius se regule in sancta
conversione tradiderunt. Quos isdem ve-
nerabilis pater in monasterio quod iuxta
Terracinensem urbem construxerat fecit
habitare. Qui multas quidem pecunias
in hoc mundo possederant sed cuncta pau-
peribus pro animarum suarum redemptione
largiti sunt / et in eodem monasterio perma-
serunt. Quorum unus scilicet Speciosus dum
pro utilitate monasterii Capuanam
urbem missus fuisset die quadam frater
eius Gregorius cum fratribus ad mensam
sedens atque convescens per spiritum suble-
vatus aspexit / et vidit Speciosi germani
sui animam longe a se positi de corpore
exire. Quod mox fratribus indicavit et cucur-
rit iamque eum fratrem suum sepultum reperit
Que tamen hora qua viderat exisse
de corpore invenit.

Cap x

Adhuc in monasterio meo positus
cuiusdam venerabilis viri relatione
didici cognovi quod dico. Dicebat namque
venerabilis nomine Spes monasterium construxit
in loco cui vocabulum Cample est qui
sexto fere miliario intercedente spacio
a vetusta Nursie urbe distinguitur.
Hunc omnipotens et misericors deus ab eterno
verbere flagellando protexit / eique dispen-
sationis sue maxima serenitatem si-
gnavit / et gratiam quantaque eum prius fla-
gellando diligeret postmodum per se sanan-
do monstravit. Huius quoque oculos per xl
annorum spacium continue cecitatis tene-
bris pressit nullum ei lumine vel extreme
visionis aperiens. Sed quia nemo in
verbere illius gratia se destituente subsistit
et nisi idem misericors pater qui penam

de quodam presbitero et continentia sua

irrogat patientiam praestat / mox per impatientiam peccati nobis ipsa auget correctio peccatorum / fitque modo miserabili ut culpa crescat / unde sperare debuit terminum inde sumat augmentum. Conditor deus nostra infirma conspiciens flagellis suis custodiam praemisit / atque in percussione sua electis suis misericorditer iniustus est / ut sint quibus postea debeat iuste misereri / unde venerabilem senem diu exterioribus premens tenebris interna numquam luce deseruit / cum vero flagello fatigaretur corporis habebat per sanctum spiritum custodiam consolationis cordis. Cum vero iam annum quadragesimum fuisset in cecitate tempus exemptum, ei dominus lucem lumine dedit / vicinumque suum obitum denuntiavit / atque ut monasteria circumquaque constructis verbum vite predicaret admonuit / quatinus corporis recepto lumine visitatis in circuitu fratribus cordis lumen aperiret. Qui statim iussis obtemperans fratrum cenobia circuivit, mandata que vite agendo didicerat predicavit. Quinto decimo igitur die ad monasterium suum facta predicatione reversus est / ibique fratribus convocatis astantibus in medio sacramenta dominici corporis et sanguinis sumpsit / moxque cum eis mysticos psalmorum cantus exorsus est. Cumque illis psallentibus orationi intentus animam reddidit / omnes vero fratres qui aderant ex ore eius exisse columbam albam viderunt. Que mox aperto tecto oratorii egressa aspicientibus fratribus penetravit celum. Cuius idcirco animam in specie columbe apparuisse credendum est / ut omnipotens deus / ex hac ipsa specie ostenderet ei vir ille quam simplici corde servivisset.

Capitulum XI

Quidam religiosus vir atque fidelissimus adhuc mihi in monasterio posito narravit / quod aliquis difficile de Sicilie partibus navigio Romam petentes in medio positi cuiusdam servi dei / qui in Samnia fuerat inclusus ad celum ferri animam viderunt / qui descendentes ad terram causam / que agnita esset acta perscrutantes illo die invenerunt obiisse dei famulum / quo hunc ad regna celestia ascendisse cognoverunt.

Capitulum XII

Sed neque hoc sileam quod vir venerabilis abbas Stephanus nomine / qui non longe ante hoc tempus in hac urbe defunctus est / quem ipse etiam bene nosti in eadem provincia contigisse referebat. Dicebat enim quod illic presbiter quidam commissam sibi cum magno timore domini regebat ecclesiam. Qui ex tempore ordinis accepti presbiteram suam / ut sororem diligens sed quasi hostem cavens ad se proprius accedere nunquam sinebat. Eamque sibi metis appropinquare nulla occasione permittens ab ea sibi communionem funditus familiaritatis abscidit / habent quippe sancti viri hoc proprium ut ab illicitis longe sint a se plerumque etiam licita abscidant / unde idem vir ne per eam incurreret culpam / sibi etiam ministrari per illam recusabat necessaria / hic ergo venerabilis presbiter cum longam vitam implesset etatem vite anno quadragesimo ordinationis sue / ardenter grandi febre correptus / ad extrema deductus est. Quem cum eadem presbitera sua conspiceret salutis iam membris / quasi in morte distensum / si quid adhuc ei vitale spiramen inesset naribusque eius apposita curavit aure dignoscere. Quod ille sentiens cum tenuissimus inerat flatus quantulo ad vocem valuit / ut loqui potuisset. Cum fervescente spiritu collegit vocem atque erupit dicens / Recede a me mulier / adhuc igniculus vivit paleam tolle. Illa igitur recedente crescente virtute corporis cum magna cepit leticia clamare dicens. Bene veniant domini mei. Bene

ad tantillum virum simul estis digni
convenire? Venio, venio, gratias ago, gratias
ago. Cumque hoc iterato crebra voce
repeteret, qui hi essent quos diceret, noti sunt, qui
illic adstiterant, requirebant. Quibus
ille admirando respondit dicens: Numquid
convenisse huc sanctos apostolos non videtis?
Beatum Petrum et Paulum primos apostolorum
non aspicitis? Ad quos iterum conversus
dicebat: Ecce venio, ecce venio. Atque
inter hec verba reddidit spiritum. Et quia sanctos apo
stolos viderat, eos esse sequendo testatus
est. Quod plerumque contingit iustis, ut
in morte sua sanctorum precedencium visiones
aspiciant, ne ipsam mortis sue penam
pertimescant, sed dum eis internorum civium so
cietas ostenditur, a carnis sue copula
sine doloris formidinis fatigatione
solvantur. Capitulum xiii

Quod vero neque hoc sileam, quod pro
bus omnipotentis Dei famulus,
qui nunc in hac urbe monasterio preest
quod appellatur Renati, de probo patruo
suo Reatine civitatis episcopo narrare
consuevit dicens: quia propinquante vite
eius termino, eum gravissima depressit egri
tudo. Cuius pater nomine Maximus pueris
circumquaque transmissis colligere medicos
studuit, si fortasse eius molestie sub
venire potuisset. Sed congregati ex
vicinis locis undique medici ad tactum
vene denunciaverunt eius exitum citius
affuturum. Cum vero tempus iam refectionis
incumberet atque diei hora tardior esset,
iussit venerandus episcopus de illorum
potius quam de sua salute sollicitus eos
qui aderant ammonuit ut cum suo patre
in superiores episcopii sui partes ascenderent
seque post laborem reficiendo repararent.
Omnes igitur ascenderunt, domino vero
tunc ei relictus est parvulus puer, quem
nunc quoque presbyterum Probus asserit
superesse. Cum iuxta lectum iacentis assisteret,
subito aspexit intrantes ad virum Dei
quosdam viros stolis candidis amic
tos, qui eiusdem quoque candorem ve
stium vultuum suorum claritate vincebant.
Qui splendoris eorum claritate percus
sus, cum ad illos cerneret, emissa voce ce
pit clamare. Qua voce etiam episcopus commo
tus intrantes eos aspexit, agnovit,
atque eundem sacerdotem vagientem pue
rum consolari cepit dicens: Noli timere,
quia ad me sanctus Iuvenalis et sanctus
Eleutherius martyres venerunt. Ille autem tan
te visionis novitatem non ferens cursu
concito extra fores fugit, atque eos quos
viderat patri ac medicis nunciavit.
Qui mox concite descenderunt, sed egrum quem
reliquerant iam defunctum invenerunt,
quia illi eum secum tulerant, quorum visi
onem puer ferre non potuit, qui ibi remansit.

Interea neque hoc silendum Capitulum xiiii
arbitror, quod eum personarum gravium atque
fidelium est relatione compertum. Gotho
rum namque temporibus Galla huius urbis
nobilissima puella, Simachi consu
lis ac patricii filia, intra adolescentie tempora
marito tradita in unius anni spacio
eius est morte viduata. Que dum fer
vente mundo copia ad iterandum thalamum
et opes et etas invitarent, elegit magis
spiritualibus nuptiis copulari Deo, in
quibus a luctu incipitur, sed ad gaudia
eterna pervenitur, quam carnalibus
nuptiis subici, que a leticia semper
incipiunt et ad finem cum luctu tendunt.
Huic autem cum magna valde ignea
conspersio corporis inesset, ei ceperunt
medici dicere, quia nisi ad amplexus
viriles rediret, calore nimio contra naturam
barbas esset habitura. Quod itaque ei
post factum est. Sed sancta mulier nil exterio
deformitatis timuit, que interioris sponsi
speciem amabat. Nec verita est, si hoc in
illa fedaret quod a celesti sponso in ea
non amaretur. Mox ergo ut eius coniuge

Simakonijs

defuncto est abiecto seculari habitu ad servicium omnipotentis dei se se apud beati petri etiam in monasterio tradidit. Ubi multis annis simplicitate cordis orationi dedita larga indigentibus elemosinarum opera impendit. Cumque omnipotens deus perhennem iam mercedem reddere suis laboribus decrevisset, tanta ulcere in mamilla percussa est. Nocturno autem tempore ante lectum eius duo candelabra lucere consueverant. Quia videlicet amica lucis non solum spirituales sed etiam corporales tenebras odio habebat. Cumque nocte quadam eadem iaceret infirmitate fatigata, vidit beatum petrum apostolum inter utraque candelabra ante suum lectulum constitisse. Nec perterrita timuit sed ex amore sumpta audaciam exultavit atque dixit: Quid est domine meus? dimissa sunt peccata mea? Cui ille benignissimo ut est vultu inclinato capite annuit dicens: Dimissa sunt. Veni. Sed quia quandam sanctimonialem feminam in eodem monasterio pre ceteris diligebat, protinus Galla subiunxit: Rogo ut soror Benedicta mecum veniat. Cui ille respondit: Non. Sed illa tale veniat, tercia ista vero quam petis die xxx sequitur. His igitur expletis visio apostoli assistentis et colloquentis ablata est. At illa protinus cuncte congregationis matri quid viderit indicavit. Tercio autem die cum ea que missa fuerat sorore defuncta est. Illa vero quam ipsa poposcerat die xxx est subsecuta. Quod factum nunc usque in eodem monasterio manet memoriale. Atque hoc a precedentibus minoribus narratum illic traditum narrare illic solent in moribus que nunc sunt sanctimoniales virgines ac si illa in tempore quo tunc gestum est ipse affuissent.

Gregorius 17

Sed inter hec sciendum capitulum xv est quia sepe animabus exeuntibus electorum dulcedo solet laudis celestis erumpere ut dum illam libenter audiunt dissolutionem carnis ab anima sentire minime permittantur. Unde in omeliis quoque evangelii iam narrasse memini quod in ea porticu que euntibus ad ecclesiam beati Clementis est pervia fuit quidam Servulus nomine quem tu quoque non ambigo novisse, qui in rebus pauper meritis dives erat quem longa egritudo dissolverat. Nam ex quo illum scire potuimus usque ad finem vite paraliticus iacebat. Quid dicam quia stare non poterat? Qui numquam in lecto suo surgere vel ad sedendum valebat, numquam manum suam ad os ducere, numquam se potuit in latus aliud declinare. Huic ad serviendum mater cum fratre aderat, et quicquid ex elemosina potuisset accipere hoc eorum manibus pauperibus erogabat. Nequaquam litteras noverat, sed scripture sacre sibimet codices emerat, et religiosos quosque in hospitalitate suscipiens hos coram se legere studiose faciebat. Factumque est ut iuxta modum suum plene sacram scripturam disceret, cum sicut dixi litteras funditus ignoraret. Studebat in doloribus semper gracias agere, ympnis dei et laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cum iam tempus esset ut tanta eius paciencia remunerari debuisset, membrorum dolor ad vitalia rediit. Cumque se iam morti proximum sciret, peregrinos viros atque in hospitalitate susceptos admonuit ut surgerent et cum eo psalmos pro expectacione sui exitus decantarent. Cumque cum eis et ipse moriens psalleret, voces psallencium repente compescuit cum terrore magni clamoris dicens: Tacete tacete. Numquid non auditis quante resonant laudes in celo? Et dum ad easdem laudes quas intus audiebat aurem cordis intenderet, sancta illa anima carne soluta est.

Dimissa peccata

scilicet ex omni parte tanta illuc fragran-
cia odoris aspersa est / ut omnes illuc qui
aderant inestimabili suavitate re-
plerentur / ita ut per hoc patenter agnosce-
rent quia eam laudes in celo suscepissent.
Cuius ceci monachus noster monasterii fuit qui
nunc usque nunc cum magno fletu atte-
stari solet / quia quousque corpus eius
sepulture traderent ab eorum naribus
illius fragrancia non recessit. Capitulum XVI

In eisdem quoque omeliis rem
narrasse me recolo cum Speciosus
compresbiter meus qui hanc noverat
me narrante attestatus est. Eo namque
tempore quo monasterium petivi quedam
Redempta nomine in sanctimoniali ha-
bitu constituta in hac urbe / iuxta eccle-
siam beate Marie semper virginis manebat.
Hec illius Herundinis discipula fuerat
que magnis virtutibus pollens super
Prenestinos montes vitam heremiticam
duxisse ferebatur / Huic autem Redempte
due in eodem habitu discipule adherebant
una nomine Romula et altera que nunc
superest quam quidem facie scio sed nomine
nescio. Tres itaque hec in uno habitaculo
commanentes morum divitiis ple-
nam sed tamen rebus pauperem vitam
ducebant. Hec autem quam prefatus sum
Romula alias quam predixi condiscipulas
suas magnis vite meritis anteibat.
Erat quippe mire paciencie et summe
obediencie custos oris sui / ad
silendum silencium studiosa valde ad
continue orationis usum. Sed quia plerumque
hii quos iam perfectos homines estimant
/ adhuc in oculis summi opificis aliquid
imperfectionis habent / sicut sepe imperiti ho-
mines necdum perfecte sculpta sigilla
conspicimus / et iam quasi perfecta laudamus
/ que tamen adhuc artifex considerat et eli-
minat laudari iam audit et tun-
dere ea tamen meliorando non desinit. Hec
quam prediximus Romula / eam quam
greco vocabulo medici paralisim vocant
molestia corporali percussa est mul-
tisque annis in lectulo decubans pene
omni iacebat membrorum officio destituta
/ nec tamen hec eadem eius mente ad
impacienciam flagella perduxerunt per-
duxerat. Nam ipsa ei detrimenta me-
brorum facta fuerant incrementa virtutum
/ quia tanto sollicicius ad usum orationis
excreverat quanto et aliud quodlibet agere
nequaquam valebat. Nocte igitur quadam
eandem Redemptam quam prefatus sum
/ que utrasque discipulas suas filiarum
loco nutriebat vocavit dicens mater veni
mater veni. Que mox cum alia eius con-
discipula surrexit sicut utrisque referenti-
bus et multis res eadem claruit / et
ego quoque eodem tempore agnovi. Cum-
que noctis medio lectulo iacentis assiste-
rent subito celitus lux emissa omne
illius cellule spacium implevit
/ et splendor tante emicuit claritatis
ut corda assistentium inestimabili pa-
vore perstringeret / atque ut post ipse refere-
bant omne in eis corpus obriguisset
/ et in subito stupore remanerent. Cepit
namque quasi cuiusdam magne multi-
tudinis ingredientis sonitus audiri
ostium cellule concuti / ac si ingredientium
turba premeretur / atque ut dicebant in-
trancium multitudinem senciebant sed
nimietate timoris / et luminis videre non
poterant / quia earum oculos et pavor
depresserat / et ipsa tanti luminis claritas
reverberabat. Quam lucem protinus est
miri odoris fragrancia subsecuta / ita
/ ut earum animum quia lux emissa fuerat
odoris suavitate suavitas refoveret.
Sed cum vim claritatis illius ferre
non possent cepit eadem Romula

assistente / et te matrem redemptam pectoris
suorum morum ingressa blanda voce
consolari dicens Noli timere mater non mo
rior modo Cumque hec crebro diceret paula
tim que fuerat emissa lux subtracta est
Sed is qui subsecutus est odor rema
sit scilicet dies secundus et tercius transiit / ut
aspersa odoris fragrancia remaneret
Nocte igitur quarta eandem magistram
suam iterum vocavit Qua veniente via
ticum peciit et accepit Necdum vero eadem
redempta vel alia eius discipula
a lectulo iacentis abscesserant / et ecce
subito in platea ante eiusdem cellu
le ostium / duo chori psallencium constite
runt / et sicud ipse dicebant sexus ex vo
cibus discrevisse psalmodie cantus dice
bant viri / et femine respondebant Cumque
ante fores cellule exhiberentur celestes
exequie sancta illa anima soluta est
carne Que ad celum ducta quanto cho
ri psallencium altius ascendebat / tanto
cepit psalmodia lenius audiri quo
usque ad eiusdem psalmodie sonitus
/ et odoris suavissimi suavitas elon
gata finiretur /

Gregorius xvii

Non unquam vero in consolatione
egredientium animarum ipse apparere
solent auctor et retributor vite unde et
hoc quod de Tarsilla dixisse me in
omeliis evangelii recolo replicabo Que
inter duas alias sorores sanctimoniale
culmine orationis continuitate / vite / singulari
tate abstinentie ad culmine sanctitatis ex
creverat Huic per visionem felicis attavus
meus huius nomine romane ecclesie antis
tes apparuit / eique mansionem perpetue clari
tatis ostendit dicens Veni quia in
hanc lucis mansionem perpetue claritas
tis te suscipiam Que mox subsequente mox
febre correpta ad diem pervenit ex
tremum Et sicut nobilibus feminis viris
que morientibus multi conveniunt
qui eorum proximos consolentur
eadem hora ad exitum illius multi
viri / ac femine eius lectulum circumstete
runt Cum mater quoque mea
affuit Cum subito sursum illa aspi
ciens Ihesum venientem vidit et cum ma
gna animadversione cepit circumstantibus
clamare dicens Recedite recedite Ihesus
venit Cumque in eum tenderet quem
videbat illa sancta anima de corpore
egressa est Tanta que subito fragran
tia mira odoris aspersa est / ut ipsa
quoque suavitas cunctis ostenderet
illuc auctorem suavitatis venisse Cumque
corpus eius ex more mortuorum ad
lavandum esset nudatum longo orationis
usu in cubitis eius / et genibus came
lorum more inventa est obdurata cu
tis excrevisse / et quod vivens spiritus eius
semper egerit caro mortua testabatur

Gregorius Cap xviii

Sed neque hoc sileo quod predictus
probus dei famulus de sorore
sua Musa nomine puella parva nar
rare consueverat dicens / quod quadam no
cte ei per visionem sancta dei genitrix
virgo Maria apparuit / atque coevas
ei in albis vestibus puellas ostendit
Quibus cum illa admisceri appeteret
/ sed se eis iungere non auderet Beate
Marie semper virginis est voce requi
sita / an vellet cum eis esse atque in eius
obsequiis conversari Cui cum puella cum
diceret volo Ab ea mandatum accepit
protinus / ut nichil ultra leve et puellare
ageret a risu et iocis se abstineret / sciens
procul dubio quod inter easdem virgines quas
viderat die xxx° ad eius obsequium
veniret Quibus visis in cunctis suis
moribus puella mutata est / omnem
quoque a se levitatem puellaris vite
magna gravitate detersit Cumque /

Cumque eam pariter imitate esse nunciarentur, requisita rem retulit, quod sibi beata dei genitrix iussisset, vel quo die tricesimo futura esset ad obsequium eius in ditionem. Post vicesimum et quintum diem febre correpta est. Die autem tricesimo, cum hora exitus eius appropinquaret, eandem beatam genitricem dei cum puellis quas per visionem viderat ad se venire aspexit. Cui etiam se vocanti cepit respondere et depressis reverenter oculis aperta voce clamare: Ecce domina venio, ecce domina venio. In qua etiam voce spiritum reddidit, et ex virgineo corpore habitatura cum sanctis virginibus exivit.

Petrus. Cum humanum genus innumeris vitiis sit subditum, iherusalem celestem maxima parte ex parvulis et infantibus arbitror posse compleri.

Gregorius. Capitulum XVIIII.

Etsi omnes baptisatos infantes atque in eadem infantia morientes ingredi celeste regnum credendum est, nec tamen omnes parvulos qui iam loqui possunt regna celestia ingredi credendum non est, quia nonnullis parvulis eiusdem regni celestis aditus a parentibus clauditur, si male nutriantur. Nam quidam vir cunctis in hac urbe notissimus ante triennium habuit filium annorum, sicut arbitror, quinque, quem nimis carnaliter diligens remisse nutriebat, atque isdem parvulus, quod dictu grave est, mox ut eius animo aliquid obstitisset, maiestatem dei blasphemare consueverat. Qui in hac ante triennium fuerat mortalitate percussus, ad mortem venit. Cumque eum suus pater in sinu teneret, sicut hii testati sunt qui presentes fuerunt, malignos ad se spiritus venisse trementibus oculis puer aspiciens cepit clamare: Obsta pater, obsta pater. Qui clamans declinabat faciem, ut se ab eis in sinu patris absconderet. Quem cum ille trementem requireret quid videret, puer adiunxit dicens: Mauri homines venerunt qui me tollere volunt. Qui cum hoc dixisset, maiestatis nomen protinus blasphemavit et animam reddidit. Ut enim omnipotens deus ostenderet pro quo reatu talibus fuisset executoribus traditus, unde viventem pater suus noluit corrigere, hoc morientem permisit iterare, ut qui diu per divinitatis pacientiam blasphemus vixerat, quandoque per divinitatis iudicium blasphemans moreretur, quatinus reatum suum pater eius agnosceret, qui parvuli filii animam negligens non parvulum peccatorem gehenne ignibus nutrivit. Sed iam hoc tristibus depositis ad ea que narrare ceperam leti redeamus.

Capitulum XX.

Predicto etenim Probo aliisque religiosis viris narrantibus agnovi ea que in dicione [illegible] de [illegible] presbytero Stephano monacho [illegible] dudum fuit. Fuit etenim vir, sicut idem Probus et multi alii testantur, nichil in hoc mundo possidens, nichil querens, solam tantummodo paupertatem diligens, cuncta adversa semper patienter amplectens, conventa secularium fugiens, vacare semper orationi concupiscens. De quo unum virtutis bonum refero, ut ex hoc uno valeant omnia multa probari. Is namque cum quadam die messem quam sua manu seminaverat, secatam detersam in aream deduxisset, nil quippe aliud tunc dispositum suus ad totius anni stipendium haberet, quidam puer se voluntate vel antiqui hostis stimulis instigatus eandem messem igne supposito, ita ut erat in area, incendit. Quod factum dum alius inspiceret, eidem dei famulo occurrit et nunciavit. Quod postquam nunciavit, adiunxit dicens: Ve, ve, pater Stephane, quid tibi contigit! Cum statim vultu ac mente placita ille respondit:

De puero quinquennio blaspho

Malis si bene aliquis fecerit
malum reddunt pro bono.

Sic illi contigit qui hoc fecit in quid
contigit quibusdam ceteris ostendit
in quo virtutis culmine sedebat / qui
quoniam quoque in simplicitate mundo vivebat tam
securam pro perdebat mente. Magis quoque
illi dolebat qui peccatum commiserat quam
sibi qui per illius dampna tollera
bat. Nec pensabat quid ipse exterius
sed culpe reus quantum perdebat inte
rius. Cum itaque eius dies mortis egredi de
corpore urgeret convenerunt multi ut tan
te anime de hoc mundo recedenti suas
animas commendarent. Cumque lecto
illius hii qui convenerant omnes
assisterent, alii corporeis oculis ingre
dientes viderunt angelos, sed dicere
aliquid nullo modo potuerunt. Alii omnino
nichil viderunt / sed omnes qui ade
rant ita vehementissimus timor pres
sit / ut nullus egrediente illa sancta
anima illic stare potuisset. Et hii ergo
qui viderant / et hii qui omnino nichil
viderant uno omnes timore perculsi
et territi fugerunt. Nullus illic assi
stere illo moriente potuit ut palam da
retur intelligi / que vis esset que illam
animam egredientem susciperet cuius
egressum nullus mortalium ferre potu
isset. Sed inter hec sciendum est quia aliquando
anime meritum non ipso suo egressu ostenditur
post mortem vero miraculis declaratur.
Unde et sancti martyres ab infidelibus cru
delia multa perpessi sunt / qui tamen ut
prediximus ad ossa sua mortua signis
et miraculis quotidie clarescunt.

Vir vite Capitulum XXI
venerabilis Valentinus qui post
in hac urbe Romana sicut nosti
meo quoque monasterio prefuit prius in
Valeria provincia suum monasterium rexit.
In quo dum Longobardi semetipsos ve
nissent sicut eius narratione didici /
duos eius monachos in ramis unius
arboris suspenderunt. Qui suspensi eo
dem die defuncti sunt. Facto autem vespere
utrorumque eorum spiritus clara illic
apertaque vocibus psallere ceperunt /
ita ut ipsi quoque qui eos occiderant
nimium mirati terrerentur. Quas voces
captivi omnes / qui illic aderant /
audierunt. Itaque eorum ~~psalmodiam~~
psalmodie postmodum testes extite
runt. Sed has voces spirituum omnipotens
deus eorum pertingere voluit ad aures
corporum / ut viventes adhuc in carne di
scerent / quia si deo servire studeant post
carnem verius vivent. Capitulum XXII

Quibusdam quoque religiosis
viris attestantibus adductus
in monasterio positus agnovi / quia hic Longo
bardorum tempore iuxta Valeriam provinciam
que Busita nominatur quidam monasterii
pater vite venerabilis Suranus
nomine fuerat qui captivis advenien
tibus / atque Longobardorum depredatorum
fugientibus cuncta / que in monasterio
videbatur habere largitus est. Cumque
in elemosinis vestimenta sua atque fratrum
omnia et cellarium consumpsisset quicquid
habere in orto potuit expandit. Expensis
vero rebus omnibus Longobardi ad
eum subito venerunt eumque tenuerunt
et aurum repetere ceperunt. Quibus cum
ille diceret se omnino nil habere in vicino
monte ab eis ductus est in quo silva
immense magnitudinis stabat. Ibi
quoque captivus quidam fugiens in cava
arbore latebat / ubi unus ex Longo
bardis educto gladio predictum occi
dit venerabilem virum. Cuius corpore
in terra cadente mons omnis pariter
et silva concussa est / ac si se ferre non
posse pondus sanctitatis eius diceret
terra que tremuisset / Gregorius

Aliud quoque in Marsorum
provincia vite valde venerabilis
diaconus fuit quem invenientes Lon
gobardi tenuerunt. Unus eorum educto

vt sepe contingit a crudel(ibus) et iniq(uis) [illegible] signa fiunt

gladio caput eius amputavit. Sed
tamen corpus eius in terram cadere non permisit, quod
simul cum capite truncatum diu in sepulcro
repertus, ad pectus eius cohaesit, et quam inno-
cuus deo occiderit miraculo traditus ostendit.

Petrus. Quid est hoc, quaeso te,
quod omnipotens deus sic permittit interire, quos
tamen post mortem tantae sublimitatis fuerint
non patitur celari? **Gregorius.**

Cum scriptum sit: Iustus quacumque
morte praeventus fuerit, iustitia eius
non auferetur ab eo, electi qui procul
dubio ad perpetuam vitam tendunt,
quid eis obest si ad modicum dure mo-
riuntur? Et est fortasse nonnumquam eorum
culpa levis aliqua, quae in eadem debeat
morte resecari. Unde fit ut reprobi
potestatem quidem contra viventes accipi-
ant. Sed illis morientibus hoc deus
gravius vindicatur, quod contra bonos
potestatem suae crudelitatis acceperunt,
sicut isdem tortor qui eundem venera-
bilem diaconem viventem ferire est
permissus, sed gaudere super mortuum
permissus non est. Quod sacra quoque
testantur eloquia. Nam vir dei contra
Samariam missus, quia per inoboedien-
tiam in itinere comedit, hunc leo in
eodem itinere occidit. Sed statim illic
scriptum est: Quia astitit leo iuxta asinum
et non comedit leo de cadavere. Ex
qua re ostenditur quia peccatum inoboedien-
tiae in ipsa fuit morte laxatum. Nam
isdem leo qui viventem praesumpsit
occidere, contingere non praesumpsit occisum.
Cui enim occidendi ausus fuit concessus,
sed cadaveris comedendi licentiam non
accepit, quia is qui culpabilis in
vita fuerat, punita inoboedientia erat
iam iustus ex morte. Leo ergo qui prius
peccatoris vitam necaverat, custodivit
postmodum cadaver iusti. **Petrus.**

Placet quod dicis. Sed nosse ve-
lim si nunc ante restitutionem corporum
in caelo recipi valeant animae iustorum.

Gregorius. Capitulum XXVI

Hoc neque de omnibus iustis fateri
possumus, neque de omnibus negare.
Nam sunt quorundam animae iustorum quae
a caelesti regno quibusdam adhuc manssio-
nibus differuntur. In quo dilationis damno
quid aliud innuitur, nisi quia de perfecta
iustitia aliquid minus habuerunt? Et tamen
luce clarius constat quia perfectorum ius-
torum animae mox ut huius carnis claustra
exeunt, in caelestibus sedibus recipiuntur.
Quod et ipsa per se veritas atte-
statur dicens: Ubicumque fuerit cor-
pus, illic congregabuntur et aquilae,
quia ubi ipse redemptor noster est corpore,
illic procul dubio congregabuntur et
animae iustorum. Et Paulus dissolvi
desiderat et cum Christo esse. Qui ergo
Christum esse in caelo non dubitat, nec Pau-
li animam esse in caelo negat. Qui etiam de dis-
solutione sui corporis atque inhabitatione
caelestis patriae dicit: Scimus enim quoniam si terrestris
domus nostra huius habitationis dissolvatur,
quod aedificationem habemus ex deo, domum
non manufactam, sed aeternam in caelis.

Petrus. Si igitur in caelo nunc sunt
animae iustorum, quid est quod in die iudicii
pro iustitia sua retributionem accipiant?

Gregorius. Hoc eis nimirum crescit
in iudicio, quod nunc animarum sola, postmodum
vero etiam corporum beatitudine perfruuntur,
ut in ipsa quoque carne gaudeant in qua
dolores pro domino cruciatusque pertulerunt.
Pro hac quippe geminata eorum gloria scri-
ptum est: In terra sua duplicia possidebunt.
Hinc etiam ante resurrectionis diem de sanctorum
animabus scriptum est: Datae sunt illis
singulae stolae albae, et dictum est illis ut re-
quiescant tempus adhuc modicum, donec
impleatur numerus conservorum et fratrum eorum.
Qui itaque nunc singulas acceperunt, bi-

[illegible]
Quod perfectorum [illegible] in morte [illegible]

Quod post mortem [illegible]

Quod in iudicio [illegible] gloriam

Morientes multa predicunt

nas in indutos stolas habitu sint
quia modo amarius timor angit animas
simul et corpore in gloria letabuntur. Petrus
Dissensio sanctorum scire quomodo natura
agitur, quod plerumque morientes
multa predicunt. Gregorius Capitulum xxiiii

Ipsa aliquando animarum vis subtili-
tate sua aliquid previdet, aliquando
autem exiture de corpore anime per revelationem
futura cognoscunt, aliquando vero dum
iam in morte sint ut corpus deserant di-
vinitus afflate in secretis celestibus
incorporeo oculo mentis intuentur. Nam
quia vis anime aliquando subtilitate sua
ea que sunt ventura cognoscit, patet
ex eo quod Emilianus advocatus, qui in hac
urbe ante biduum lateris dolore defunctus
est. Sed ante paululum quam moreretur, vocavit
puerum, parari sibi vestimenta ad pro-
cedendum iussit. Cumque eum puer quasi
insanire crederet eiusque minime pre-
ceptis obediret, surrexit, vestimento
se induit et per viam Appiam ad beati
Sixti ecclesiam se esse processurum dixit. Cumque
post modicum in qua iacebat molestia
esset defunctus, deliberatum fuerat ut apud
beatum Ianuarium martyrem Furcisina
via eius corpus poni debuisset. Sed
quia longinquus hic locus his qui funus eius cura-
verant visum est, repente orto consilio
exeuntes, cum eius funere per viam Appiam
nescientes quid ille dixerat in ipsa
ecclesia quam predixerat posuerunt. Et cum
eundem virum curis secularibus obligatum
lucris quoque terrenis inhiantem fuisse noverim,
unde hoc predicere potuit nisi quia id quod
futurum erat eius corpori ipsa vis anime
ac subtilitas previdebat? Quod autem
sepe est revelationibus agitur ut animo-
rientes futura presciant, ex his colligere
possumus que apud nos gesta in mona-
sterio sunt. Nam in monasterio meo ante
quidam frater ante decennium Geron-
tius dicebatur. Qui cum gravi molestia
corporis fuisset depressus, visione no-
cturna albatos viros et clari omnino
habitus in hoc ipsum monasterium descen-
dere de superioribus aspexit. Qui cum dum
coram lecto iacentis assisterent, unus
eorum dixit: Ad hoc venimus ut de monasterio
Gregorii quosdam fratres in militiam mit-
tamus. Atque alteri precepit, ad me et
Scribe Marcellum, Valentinianum, Agnellum
atque alios quorum nunc recordor. Quibus
expletis addidit dicens: Scribe et hunc
ipsum qui nos aspicit. Ex qua visione
certus redditus predictus frater facto
mane denotavit fratribus, qui essent
de eadem cella morituri, quos se eis
denuntiavit esse secuturum. Alio die alio
predicti fratres mori ceperunt, atque sub eo-
dem ordine se in morte secuti sunt
quo fuerant in descriptione nominati.
Ad extremum vero et ipse obiit, qui eos-
dem fratres morituros previdit. In ea quoque
mortalitate que ante triennium hanc
urbem vehementissima clade vastavit,
in Portuensis civitatis monasterio Mel-
litus dictus est monachus adhuc iuveni-
libus annis constitutus. Sed
et mire simplicitatis atque humilitatis
vir. Qui cum appropinquante vocationis sue
die eadem clade percussus ad extrema
deductus est. Quod vir vite venerabilis
Felix eiusdem civitatis episcopus audiens,
cuius et hoc relatione cognovi, ad eum
accedere studuit et ne timere mortem debuis-
set verbis blandimentis persuasionis confortavit.
Quem cum de divina misericordia longiora adhuc
spatia vite polliceri cepit, sed ad hec
ille respondit cursum suum iam esse completum,
dicens apparuisse sibi iuvenem atque epistolas
detulisse dicentem: Aperi et lege. Quibus
apertis asseruit, quia se et omnes qui eo
tempore a predicto episcopo in paschali tempore fuerunt

baptizati scriptos in eisdem epistolis
aureis invenit. Unum quem dicebat
sibi nomine recepit ac deinde
omnes illo tempore baptizatorum. Una de se-
cretum tenuit, et se illos de hac luce
sub celeritate esse migraturos. Factum quoque
est ut die eadem ipse moreretur atque
post eum cuncti illi qui fuerant bapti-
zati, ita secuti sunt ut intra paucos
dies eorum nullus in hac vita re-
maneret. De quibus nimirum constat
quod eos predictus dei famulus idcirco aureis
scriptos viderat, quia eorum nomina apud
se fixa eterna claritas habebat. Sicut ita
quoque his revelationibus potuimus veritatem
cognoscere, ita eum inmissum egressure anime
plerumque celi misteria celestia non per sompn-
ium sed vigilando prelibare. Nam
monium etatis monasterii mei monachum
bene nosti, qui dum esset in seculari habitu
constitutus Valeriani huius urbis
advocati natalem filiam in coniugio
sortitus eius obsequiis sedule atque
incessanter adherebat, et que in
eius domo agebantur noverat. Qui
in monasterio meo positus narravit
quod in ea mortalitate que preteritis Narse
temporibus hanc urbem vehementer
afflixit, in domo predicti Valeriani
puer unus Armentarius fuit precipue
simplicitatis et humilitatis. Cum vero
eiusdem advocati domus eadem
clade vastaretur, idem puer percussus
est et usque ad extremum deductus. Qui
subito sublatus a presentibus rediit,
sibi quoque Valeriani dominum suum fecit. Cui ait:
Ego in celo fui, et qui de hac vita sunt
morituri agnovi. Ille et ille et ille mori-
turi sunt, tu vero non timeas quia hoc
tempore moriturus non es. Ut autem scias quod
me in celo fuisse fateor, ecce accepi
illic ut linguis omnibus loquar. Num-
quid incognitum tibi fuit grecam me
linguam omnino nescisse? Et tamen grece
loquor, ut cognoscas an verum
sit quod omnes linguas me accepisse te-
stificor. Cui tunc grece dominus suus
locutus est, atque ita ille eadem lingua
respondit ut cuncti qui aderant mirarentur.
In ea quoque domo predicti Narse
spatarius Vulgar manebat, qui festine
ad eum deductus vulgarica lingua
locutus est. Sed ita puer ille ac si esset
in ytalia natus et nutritus in eadem
barbara locutione respondit, ut mirati sunt
omnes qui audiebant, atque ex duarum lin-
guarum experimento quas eum ante nescis-
se noverant crediderunt de omnibus
quas probare minime valebant. Tunc
per biduum mors eius dilata est, sed die
tertio quo occulto iudicio nescitur ma-
nus ac brachia lacertos que suis denti-
bus laniavit, atque ita e corpore exiit.
Quo mortuo omnes illi quos predi-
xerat ex hac protinus luce subtracti
sunt, nullusque de illa domo defunctus
est eadem tempestate quem vox illius
denuntiatus non est. **Petrus**

Valde terribile est ut qui tale do-
num percipere meruit tali etiam post hoc
pena plectetur. **Gregorius**

Omnia occulta Cap. XXV
dei iudicia sunt. Ea que in divino
examine comprehendere non possumus, unde
magis timere debemus quam discutere.
Et autem de egredientibus animabus que
multa per nos sunt, ea que cepimus
exsequimur. Neque hoc silendum est quod de
Theophanio Centumcellensi urbis comi-
te in eadem urbe positus agnovi.
Fuit namque vir iure actionibus deditus,
bonis operibus intentus, hospitalitati
precipue studens. Exercendis quoque co-
missis curis occupatus agebat
quidem terrena et temporalia, sed ut post de fine
claruit, magis ex debito quam mente.

An anime possint puniri igne
incorporali corporeo

Nam cum appropinquante mortis eius tempore
grauissima aeris tempestas obsisteret,
ne ad sepeliendum duci potuisset, eum-
que uxor sua cum fletu vehementissimo
inquireret dicens: Quid facio, quomodo
ad sepeliendum te eiciam, quae ostium domus
quidem egredi pre nimia tempestate non possum?
Tunc ille respondit: Noli, mulier, flere, quia mox
ut defunctus fuero, eadem aeris serenitas
rediet. Cuius protinus vocem mors,
et mortem serenitas est secuta. Quod sig-
na alia sunt etiam signa comitata. Nam
manus eius ac pedes podagre humore
tumescentes versi in vulneribus fuerant
et profluenti saniei patebant. Sed dum
corpus eius ad lavandum fuisset nudatum,
ita manus pedesque eius sani in-
venti sunt, ac si nullius unquam vulneris macu-
lam habuissent. Ductus itaque est ac sepultus,
eiusque cognati consilium est ut quarto
die in sepulcro illius marmor quod
suppositum fuerat mutari debuisset. Sed
cum marmor corpori eius suppositum
dum fuisset ablatum, tanta ex corpore
ipsius odoris fragrantia emanavit, ac
si ei ex putrescente carne illius pro
vermibus ebullissent. Quod factum
dum narrante me in omeliis visum
quibusdam venisset in dubium, die
quodam sedente me cum conventu no-
bilium ipso artifice, qui in sepulcro illius
marmor mutaverat, affuerunt quidam
atque me de ipsa causa rogaverunt. Quos
ego de eodem miraculo coram clero no-
bilibus ac plebe requisivi, qui et ea-
dem se odoris fragrantia mirum modo se
repletos fuisse testati sunt, et quedam
alia in augmento miraculi, quae nunc
narrare longum existimo, mihi eius
sepulcro addiderunt. **Petrus**

Inquisitioni meae sufficienter video
satis factum, sed hoc est adhuc quod ex questione
animum pulsat, quia cum superius
dictum sit esse iam sanctorum animas in ce-
lo, restat procul dubio ut etiam iniquorum
quoque anime esse non nisi in inferno cre-
dantur, et quid hac de re habeat
veritas ignoro. Nam humana esti-
matio non valet peccatorum animas ante iu-
dicium posse cruciari. **Gregorius**

XXVI

Si esse sanctorum etc.

Si animas in celo sacri eloquii satis-
factione credidisti, oportet ut per omnia
et credas et iniquorum animas in inferno
esse, nam ex retributione interne iustitie
ex qua iam iusti glorificantur, necesse est ut
per omnia et iniusti crucientur.
Nam sicut electos beatitudo letificat,
ita credi necesse est quod a die exitus
sui ignis reprobos exurat. **Petrus**

Et qua ratione credendum est
quia rem incorpoream tenere ignis cor-
poreus possit? **Gregorius** Si viven-
tis hominis incorporeus spiritus tenetur
in corpore, cur non post mortem, cum
incorporeus sit spiritus, etiam corporeo igne
teneatur? **Petrus** In vivente
quolibet idcirco incorporeus spiritus tenetur
in corpore, quia vivificat corpus.
Gregorius Si incorporeus
spiritus, Petre, in hoc teneri potest quod vi-
vificat, quare non penaliter et ibi non teneatur
ubi mortificatur? Teneri autem per ignem
dicimus spiritum, ut in tormento ignis sit
videndo atque sentiendo. Ignem namque
eo ipso patitur quod videt, et quia cre-
mari se aspicit, aspiciens crematur,
sicque fit ut res corporea incorpoream
exurat, dum ex igne visibili ardor ac
dolor invisibilis trahitur, ut per ignem
corporeum mens incorporea etiam corporea
flamma crucietur. Quamvis colligere
de dictis evangelii possumus quia incendium

anima non solum cremando, sed etiam experiendo patiatur. Veritatis etenim voce dives mortuus et sepultus in inferno dicitur. Cuius anima quia in igne teneatur, insinuat vox divitis, qui Abraham deprecatur dicens: Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Dum ergo peccatorem divitem dampnatum Veritas ignibus perhibet, quis iam sapiens reproborum animas teneri ignibus neget? Petrus: Ecce ratione atque testimonio ad credulitatem flectitur animus, sed dimissus iterum ad rigorem redit. Quomodo enim res incorporea a re corporea teneri atque affligi possit ignoro. Gregorius: Dic, queso te, apostatas spiritus a celesti gloria deiectos esse corporeos an incorporeos suspicaris? Petrus: Quis sanum sapiens eos spiritus corporeos dixerit? Gregorius: Gehennalem ignem esse incorporeum an corporeum fateris? Petrus: Ignem gehenne corporeum esse non ambigo, in quo certum est corpora cruciari. Gregorius: Certe de reprobis Veritas in fine dictura est: Ite in ignem eternum, qui paratus est dyabolo et angelis eius. Si igitur dyabolus eiusque angeli, cum sint incorporei, corporeo sunt igne cruciandi, quid mirum si anime et antequam recipiant corpora possint corporea tormenta sentire? Petrus: Patet aperte ratio, nec debet animus de hac ulterius questione dubitare. Gregorius. C. XXVII

Postquam laboriose reddidisti, operepretium credo si ea que mihi a viris fidelibus sunt digesta narravero. Iulianus namque huius Romane ecclesie, cui Deo auctore deservio, secundus defensor, qui ante fere septem annos defunctus est, ad me adhuc in monasterio positum crebro veniebat, mecumque loqui de anime utilitate consueverat. Hic itaque mihi quadam die narravit dicens: Theodorici regis temporibus pater soceri mei in Siciliam exactionem canonis egerat, atque iam ad Ytaliam rediebat. Cuius navis appulsa est. Quia illic vir quidam solitarius magne virtutis habitabat, dum navis armamenta naute repararent, visum est predicto patri socero meo ad eundem virum Dei pergere seque eius orationibus commendare. Quos vir Domini ut vidit, eis inter alia colloquens dixit: Scitis quia rex Theodoricus mortuus est? Cui illi protinus responderunt: Absit. Nos eum vivum dimisimus, et nichil tale ad nos de eo nunc usque perlatum est. Quibus Dei famulus addidit dicens: Etiam mortuus est. Nam hesterno die hora nona inter Iohannem papam et Simachum patricium discinctus atque discalciatus et vinctis manibus deductus, in hac vicina Vulcani olla iactatus est. Quod illi audientes sollicite conscripserunt diem, atque in Ytaliam reversi eo die Theodoricum regem invenerunt fuisse mortuum, quo eius exitum atque supplicium Dei famulo fuerat ostensum. Et quia papam Iohannem affligendo in custodia occidit, Simachum quoque patricium ferro trucidavit, ab illis iuste in ignem mitti apparuit, quos in hac vita iniuste iudicavit. Gregorius.

Cap. XXVIII

Eodem quoque tempore quo primum remote vite desideriis anhelabam, quidam honestus senex Deusdedit nomine, valde huius urbis nobilibus amicus, mihi narravit dicens: Boethii tempore quidam vir spectabilis Reparatus nomine venit ad mortem. Cuius dum iam exstinctus ac frigidus

iacere cepisset funditus flatus vitalis exiret atque exanime remansit corpus. Quod multi qui convenerant et eius familia iam mortuum lugebat, subito rediit et circumstancium plangencium in stuporem vertit suarum lacrimas. Qui reversus ait: Currite ad ecclesiam beati Laurencii martiris que ex nomine conditoris Damasi vocatur, puerum mittite et quod de Tiburcio presbytero agatur videat et renunciare festinet. Quem videlicet Tiburcium carnalibus desideriis subiacere videbatur ferebatur. Cumque adhuc vite moribus quoque sceleratus nunc eius vite presbyter. memini. Qui vero puer pergeret, narravit idem Reparatus, qui eo se perductum fuerat, quia illuc ubi ductus fuerat agnovit ductus paratus fuerat quilibet agnovit ductus paratus fuerat rogus igneus. Deductus autem Tiburcius presbyter in eo est suppositus atque supposito igne concrematus. Alius autem parabatur rogus cuius altitudinem celum tangere videbatur. Cum emissa voce clamatum est: Cui esset huius redditus Reparatus defunctus est. Puer vero qui transmissus ad Tiburcium fuerat iam eum mortuum invenit. Cum videlicet Reparatus ductus ad loca penarum quod vidit rediit narravit et obiit. Ex parte monstratur quia nobis illa non sibi vidit. Temporibus dum adhuc concessum est vivere licet eum a malis operibus emendare. Rogum ergo coruscum Reparatus vidit non quia apud inferos ligna crederentur ut ignis fiat, sed quod narrantibus viventibus a lignis de medio penarum vidit exardescere monstravit apud viventes corporibus ignis, ut per hec assueta audientes discerent quod de incognitis timere debuissent.

Gregorius Capitulum XXIX

Scribitur quidam in Valerie provincia contigisse qui in urbe Romana maximinianus Siracusanus episcopus qui dum in hac urbe meo monasterio preesset narrare consuevit dicens. Quidam tunc valeriis illic sacratissimo paschali sabbato iuvenculam cuiusdam filiam in baptismate suscepit. Qui post ieiunium domum reversus, multo vino inebriatus, eandem filiam suam secum manere petiit, eam quam nocte illa quod dictum nephas est perdidit. Cumque mane facto surrexisset reus cogitare cepit ut ad balneum pergeret, ac si aqua balnei lavaret maculam peccati. Perrexit igitur et lavit. Caput trepidare cepit ingredi, sed si tanto die non iret ad ecclesiam erubescebat homines, si vero iret pertimescebat iudicium dei. Vicit itaque humana verecundia. Occludiatur perrexit ad ecclesiam sed tremebundus et pavens stare cepit atque per singula momenta suspectus quod hora immundo spiritui traderetur et coram omni populo vexaretur. Cumque vehementer timeret et in illa missarum sollempnitate ei adversi nichil contigit, laetus exiit et die altero ad ecclesiam iam securus intravit. Sicque factum est ut per septem continuos dies letus ac securus procederet, estimans quem eius scelus deus aut non vidisset aut misericorditer dimisisset. Die autem septima subitanea morte defunctus est. Cumque sepulture traditus fuisset per longum tempus cunctis videntibus de sepulchro eius flamma exiit et tamdiu ossa eius concremavit quousque omne sepulchrum consumeretur. Et terra que in tumulum collecta fuerat defossa videtur. Quod vero omnipotens deus faciens ostendit quid eius anima in occulto pertulit, cuius etiam corpus ante humanos oculos

flamma consumpsisset. Qua in re
nobis quoque hoc audientibus exemplum
formidinis dare dignatus est, quatenus
ex hac consideratione colligamus quid
amici Dei iuvenes ac senes pro reatu suo
patiantur, si tanto igne supplicio
etiam insensibilia ossa concremantur.

Petrus Nosse velim si vel boni
bonos in regno vel mali malos
in supplicio agnoscunt. **Gregorius**

Huius rei sententia in verbis est dominicis
quam iam superius protulimus liquide cla-
rius demonstrata, in quibus aperte
dictum est: Homo quidam erat
dives et induebatur purpura et bysso
et epulabatur quotidie splendide. Et
erat quidam mendicus nomine Laza-
rus, qui iacebat ad ianuam eius ul-
ceribus plenus cupiens saturari de
micis que cadebant de mensa divitis,
et nemo illi dabat sed et canes ve-
niebant et lingebant ulcera eius.
Subiunctum est quod mortuus Laza-
rus portatus est in sinum Abrahe,
et mortuus dives sepultus est
in inferno. Qui elevans oculos suos
cum esset in tormentis vidit Abraham
a longe et Lazarum in sinu eius. Et
ipse clamans: Pater Abraham, mise-
rere mei et mitte Lazarum ut intingat
extremum digiti sui in aquam ut re-
frigeret linguam meam. Cui per Abra-
ham dicitur: Fili, recordare quia recepisti
bona in vita tua et Lazarus similiter
mala. Dives autem iam de se spem
non habens salutis ad propinquorum
suorum salutem convertitur dicens:
Rogo te pater ut mittas eum in domum
patris mei. Habeo enim quinque fratres,
ut testetur illis ne et ipsi veniant
in locum hunc tormentorum. Quibus
verbis aperte declaratur quia et boni
bonos et mali cognoscunt malos.
Si igitur Abraham Lazarum minime
recognovisset, nequaquam ad divitem in
tormentis positum de transacta eius contritione
loqueretur dicens quia mala recepit in
vita sua. Et si mali malos non reco-
gnoscerent, nequaquam dives in tormentis
positus fratrum suorum esse absentium
meminisset. Quomodo enim presentes non posset
agnoscere qui etiam pro absentium memoria
curavit exorare. Qua in re illud
quoque ostenditur quod requisitum non est
quia et boni malos et mali cognoscunt
bonos. Nam et dives ab Abra-
ham cognoscitur cui dictum est: Recepisti
bona in vita tua. Et Lazarus electus
a reprobo divite cognitus quem nominatim
petitur et nomine dicens: Mitte Lazarum
ut intingat extremum digiti sui in aquam
ut refrigeret linguam meam. In qua
cognitione utriusque partis cumulus
retributionis excrescit, ut et boni am-
plius gaudeant quia secum eos letari
conspiciunt quos amaverunt, et mali dum
cum eis torquentur quos in hoc mundo
despecto Deo dilexerunt, eos non solum sua
sed etiam eorum pena consumat. Fit autem
in electis quiddam mirabilius, quia
non solum eos agnoscunt quos in hoc
mundo noverunt, sed velud visos ac cogni-
tos recognoscunt bonos quos nunquam
viderunt. Nam cum antiquos patres in
illa eterna hereditate viderint, eis
incogniti per visionem non erunt quos
in opere semper noverunt. Quia enim illic omnes
communi claritate Deum conspiciunt, quid est
quod ibi nesciunt ubi scientem omnia sciunt.

Gregorius Cap xxx

Nam quidam nostri religiosus
vir et vite valde laudabilis
ante quadriennium moriens, sicut religi-
osi alii qui presentes fuerunt testati sunt,
in hora sui exitus Ionam prophetam et
Ezechielem quoque et Danielem cept

aspicere, eos quoque domnos suos ex nomine clamare. Quos dum ad se venire conspiceret et depressis luminibus eis reverentie obsequium preberet, e carne eductus est. Qua in re aperte datur intelligi, que erit in incorruptibili vita notitia, si vir iste adhuc in carne corruptibili positus prophetas sanctos quos nimirum numquam viderat agnovit. Habet autem plerumque contingere, ut egressa anima eos recognoscat, cum quibus pro equalitate culparum vel etiam premiorum in una est mansione deputanda. **Gregorius**

Nam cum vir vite venerabilis Eleutherius senex, de quo precedenti libro multa narravi, in monasterio suo quendam fratrem Johannem nomine se habuisse perhibuit, qui ante dies xv suis fratribus exitum predixit. Cumque de terrestribus quotidie deputaret dies antecedentes, quam tolleretur e corpore, febre correptus est. Ad horam vero mortis veniens misterium dominici corporis et sanguinis accepit. Vocatisque fratribus coram se psallere precepit. Quibus tamen antiphonam per semetipsum imposuit dicens: Aperite mihi portas iustitie et ingressus in eas confitebor domino. Hec porta domini, iusti intrabunt in eam. Cumque coram eo assistentes fratres psallerent, emissa subito et producta voce clamavit dicens: Ecce venio. Quem mox ut dixit eductus e corpore mortalem vitam finivit. Mirati sunt fratres, quia hoc quod moriens se clamaverat ignorabant. Quo defuncto in monasterio facta est magna tristicia. Quarto autem die quibusdam fratribus necesse fuit ut ad monasterium aliud positum longe transmitterentur. Illuc igitur euntes fratres eius, eiusdem monasterii monachos tristes vehementer invenerunt. Quibus cum dicerent: Quid habetis, quia vos in tanto merore deprimitis? Responderunt dicentes: Hoc in hunc desolationem gemimus, quia frater qui modo nos in monasterio vita continebat, hodie quartus est dies quod de hac luce subtractus est. Cumque fratres qui venerant studiose requirerent qualiter defunctus fuisset, responderunt: Ursus. Cumque tempus eius diem et horam subtiliter inquirerent, ipso eum momento cognoverunt exisse de corpore, quo per Johannem qui apud eos defunctus est vocatus fuerat. Qua ex re colligitur quia utrorumque par fuit meritum, quibus datum est ut in una mansione socialiter viverent, quibus e corpore contigit socialiter exire. **Gregorius** 31

Sed neque hoc sileam, Cap 31 quod dum adhuc laicus viverem atque in domo mea, que mihi in hac urbe exire proveniebat, manerem, de quibusdam vicinis meis me contigit agnovisse quendam. Maque mea vidua Galla dicebatur. Hec Eumorphium nomine iuvenem filium habebat, a quo non longe Stephanus, qui inter minores fuit, optio dicebatur habitabat. Eidem Eumorphius ad extrema vite veniens vocavit puerum suum eique precepit dicens: Vade curris et dic Stephano optioni ut citius veniat, quia ecce navis parata est ut ad Siciliam duci debeamus. Cumque hunc puer insanire crederet et obedire recusaret, cepit ille vehementer imminere dicens: Vade et nuntia illi quod dico, quia non insanio. Egressus est puer ut ad Stephanum pergeret. Cumque in medium iter veniret, alius quidam obvius factus est, qui hunc requisivit dicens: Quo vadis? Cui

Qui aut videt tormenta et
scelus torquentium vel ... ...
et post redeunt ad corpora

rediit ad Stephanum optionem a domino
meo sum missus ad quem protinus
dixit. Ecce venio sed ante me hac ora
defunctus est. Reversus vero est puer
ad Eumorphium dominum suum sed ante
eum mortuum iam invenit. Sicque factum
est ut dum alter obviam venit et iam
e medio itinere puer est reversus
et mensura hospitii potuisset colli-
gi quod in uno momento utrique fu-
erant vocati. **Petrus.** Terribi-
le est valde quod dicitur sed queso
te cur egredienti anime navis appa-
ruit vel cur se duci ad Siciliam mo-
riturus predixit. **Gregorius.**
Anima vehiculo non eget
sed mirum non est si adhuc homini in
corpore posito illud apparuit quod per
corpus assueverat videre ut per hoc da-
retur intelligi quo eius anima spiritu-
aliter duci potuisset. Quod vero se ad Si-
ciliam duci testatus est quid aliud
sentiri potest nisi quod pre ceteris lo-
cis in eius terre insulas eructuan-
tes igne tormentorum olle patuerunt.
Que ut solent narrare qui noverunt
laxatis quottidie sinibus excrescunt
ut mundi termino propinquante quanto certum
est illuc amplius cremandos colligi
tanto et eadem tormentorum loca am-
plius videantur aperiri. Quod omnipotens deus
ad correptionem viventium in hoc mundo
voluit ostendere ut mentes infidelium
que tormenta inferni esse non credunt
tormentorum loca videant que audita
credere recusant. Quod vero sive electi
sive reprobi quorum communis causa
in opere fuerat ad loca etiam communia de-
ducuntur veritatis nobis verba satisfa-
cerent etsi exempla deessent. Ipse
autem per electos in Evangelio dicit.
In domo patris mei mansiones multe
sunt. Si enim dispar retributio in illa
beatitudine eterna non esset una
potius mansio quam multe essent. Mul-
te ergo mansiones sunt in quibus
et distincte bonorum ordines et propter
meritorum consortium communiter letantur
et tamen unum denarium omnes laborantes
accipiunt qui in multis mansionibus
distinguuntur quia et una est beatitudo
que illic percipitur et dispar retributionis
qualitas quam per opera diversa consequitur.
Cum vero in die iudicii sui diem
annuncians ait. Tunc dicam messo-
ribus colligite zizania et ligate ea
fasciculos ad comburendum. Messores
quippe angeli zizania ad comburendum
in fasciculos ligant cum pares paribus
in tormentis similibus sociant ut super-
bi cum superbis luxuriosi cum luxuriosis
avari cum avaris fallaces cum falla-
cibus invidi cum invidis infideles
cum infidelibus ardeant. Cum ergo similes
in culpa ad tormenta similia ducuntur
quia eos in locis penalibus angeli
deputant quasi zizaniorum fasciculos
ad comburendum ligant. **Petrus.**
Ad inquisitionem meam responsionis sa-
tisfactione patuit causa rationis. Sed
quid nam est queso te quod nonnulli quasi
per errorem educuntur de corpore ita ut
sicut exanimes redeant et eorum quisquam
audisse se dicat quia ipse non fuerat
qui erat iussus deduci. **Gregorius.**
Hoc cum fit Petre Capitulum xxxvii.
si bene perpenditur non error sed
admonitio est. Superna enim pietas et
magne munere sue largitatis disponit
ut nonnulli etiam post exitum repente
ad corpus redeant et tormenta inferi
que audita non crediderant saltem
visa pertimescant. Nam quidam Illyri-
cianus monachus qui in hac urbe
mecum in monasterio vivebat narrare
consueverat quod quodam tempore dum adhuc
in heremo moraretur agnovit

ex Petrus quidam monachus ex re-
gione Hiberie ortus, qui cum eo in loco va-
ste solitudinis que Evasa nominatur
nomine inhabitat, sicut ipso narrante
didiceram, postquam heremum peteret,
molestia corporis irruente defun-
ctus est. Sed protinus corpori restitutus,
inferni supplicia atque innumera loca
flammarum vidisse se testabatur. Qui
etiam quosdam etiam huius seculi pote-
ntes in eisdem flammis suspensos se
vidisse narravit. Qui cum iam dedu-
ctus esset ut et ipse mergeretur, subito
angelum coruscati habitus apparuisse te-
statur, qui eum in ignem mergi pro-
hibuit. Cui etiam dixit: Egredere, et qualiter
tibi post hec vivendum sit sollicite at-
tende. Post quam vocem paulatim
recalescentibus membris a eterne
mortis sompno evigilans cuncta
que circa illum gesta sunt narravit.
Tantisque se postmodum vigiliis ieiu-
niis constrinxit, ut infernum eum vidisse
et pertimuisse tormenta, etiam si taceret
lingua, conversatio loqueretur. Quem pie-
tas omnipotentis dei mira largitate
in morte auctor est ne mori debuisset.
Sed quia multiplicato corde humanum est
valde durum, ipsa quoque penarum oste-
nsio et que omnibus utilis non est. xxx

Capitulum xxxiii

Nam illustris vir Stephanus quem bene nosti
de semetipso narrare consueverat
quia in Constantinopolitana urbe
pro quadam causa demoratus molestia
corporis subveniente defunctus est.
Cumque medicus vel medicus atque pig-
mentarius ad aperiendum eum atque con-
diendum esset quesitus, et die eodem
minime inventus, subsequenti nocte
iacuit corpus inhumatum. Qui du-
ctus ad inferni loca vidit multa que
prius audita non crediderat. Sed cum presi-
denti illic iudici presentatus esset, ab eo
receptus non esse est, ita ut diceret: Non
hunc deduci, sed Stephanum ferrarium
iussi. Qui statim in corpore reductus
est, et Stephanus ferrarius qui iuxta
eum habitabat eadem hora defunctus
est. Sic quia probatum est vera fuisse verba
que audierat, dum hoc effectus mortis
Stephani demonstravit. xx

Capitulum xxxiiii

Ante triennium quoque in hac pe-
stilentia, que hanc urbem clade
vehementissima depopulavit, in qua etiam
corporali visu sagitte celitus venire
et singulos quosque ferire videbantur,
sicut nosti, Stephanus isdem defuncta
est. Quidam vero miles in hac eadem
nostra urbe percussus ad extrema pervenit.
Qui eductus e corpore exanimis iacuit,
sed citius rediit et que tunc eo fuerant
gesta narravit. Dicebat enim, sicut tunc
res eadem etiam multis innotuit, quia
pons erat sub quo niger atque caligi-
nosus fetoris intollerabilis nebulam
exalans fluvius decurrebat. Transacto
autem ponte amena erant prata atque vire-
ntia atque odoriferis herbarum floribus
exornata, in quibus albatorum hominum
conventicula esse videbantur. Tantusque
in loco eodem odor suavitatis fra-
grancia, ut ille deambulantes ha-
bitantesque satiaret. Ibi diversorum
mansiones singule magnitudine
lucis plene. Ibi quedam mire potentie
edificabatur domus, que aureis videbatur
laterculis construi, sed cuius esset non
potuit agnosci. Erant autem super ripam
predicti fluminis nonnulla habitacula,
sed exurgentis fetoris nebula tangebantur,
alia autem exurgens fetor a flumine mi-
nime tangebat. Hoc vero erat in predicto
ponte probacio, ut quisquis per eum
iniustorum vellet transire, in tenebroso
fetentique flumine laberetur; iusti vero
quibus culpa non obsisteret securo per eum

gressu ac libero per loca amena ~~perveniret~~ pervenirent. Ubi se etiam Petrum ecclesiastice familie maiorem qui ante quadriennium est defunctus deorsum positum in locis teterrimis magni ferri pondere ligatum ac depressum se invenisse testatus est confessus. Qui dum requireretur cur ita esset, ea se dixit audisse que nos qui eius in hac ecclesiastica domo novimus facta recolimus. Dictum namque est: Hoc ideo patitur quia si quid ei pro facienda ultione videbatur, ad inferendas plagas plus ex crudelitatis desiderio quam obedientie serviebat. Quod sic fuisse nullus qui eum novit ignorat. Ubi se etiam quendam peregrinum presbiterum vidisse fatebatur, qui ad predictum pontem perveniens tanta per eum auctoritate transiit quanta et hic sinceritate vixit. In eodem quoque ponte hunc quem predixi Stephanum se recognovisse testatus est. Qui dum transire voluisset, eius pes lapsus est et ex medio corpore iam extra pontem deiectus a quibusdam teterrimis viris ex flumine surgentibus per coxas deorsum atque a quibusdam albatis et speciosissimis viris cepit per brachia sursum trahi. Cumque hoc luctamen esset ut hunc boni spiritus sursum et mali deorsum traherent, ipse qui videbat ad corpus reversus est et quid de illo plenius gestum est minime cognovit. Qua in re de eiusdem Stephani vita datur intelligi quia in eo mala carnis cum elemosinarum operatione certabant. Nam qui per coxas deorsum, per brachia trahebatur sursum, patet nimirum quia et elemosinas amaverat et carnis vicia perfecte non restiterat que deorsum trahebant illum. Sed in occulto arbitrii examine quid in eo vicerit et nos et eum qui vidit et revocatus est latet. Constat tamen quia idem Stephanus postquam sicut superius narravi et inferni loca vidit et ad corpus rediit perfecte minime correxit vitam, qui post multos annos de corpore adhuc ad certamen vite et mortis exiit. Qua de re colligitur quia ipsa quoque inferni supplicia cum demonstrantur aliis hoc ad adiutorium, aliis vero ad testimonium fiat, ut isti videant mala que caveant, illi vero eo amplius puniantur quod inferni supplicia nec visa et cognita vitare noluerunt.

PETRUS Quid est hoc queso te quod in amenis locis cuiusdam domus laterculis aureis edificari videbatur? Ridiculum valde est si credimus quod in illa vita metallis adhuc talibus egeamus.

GREGORIUS Quis hoc si sanus sapit intelligat? Sed eo quod illic demonstratum est, quisquis ille est cui mansio ista construitur, aperte datur intelligi quid est hoc quod operatur. Nam qui premium lucis eterne elemosinarum largitate promerebitur, nimirum constat quia auro edificat mansionem suam. Quod enim superius memoriam fugit ut diceretur, idem miles qui hoc viderat narrabat quod eosdem laterculos aureos ad edificationem domus senes ac viri, iuvenes puelle ac pueri ferebant. Qua ex re colligitur quia hi quibus hic pietas facta est ipsi illic operatores esse videbantur. Iuxta etiam nos Deusdedit nomine religiosus habitabat qui calciamenta solebat operari. De quo alter per revelationem vidit quod eius domus edificabatur, sed eius constructores solo die sabbati videbantur operari. Qui eiusdem viri postmodum subtilius vitam requirens invenit quia ex his que diebus

Petrus

singulis laborabat quidquid ex victu atque vestitu superesse potuisset die sabbato ad petri beati etiam deferre consueverat atque indigentibus erogabat. Qua ex re perpende quia non inmerito domorum illius fabrica ex auro crescebat. **Petrus** Hac de re intellego donec eadem sanxistis sed quaeso te quid esse dicimus quod quorundam habitacula fetoris nebula tangebantur quorundam vero tangi non poterant vel quid est quod pontem quod fluvium se vidit. **Gregorius** Ex rerum picturis imaginibus perpensanda causa sunt. Per pontem quippe ad amena loca transire iustos aspexit quia angusta valde semita que ducit ad vitam et fetentem fluvium decurrentem viderit quia ad yma quottidie defluit carnalium vitiorum putredo et quorundam habitatula fetoris nebula tangebat quorundam vero ab ea tangi non poterant quia sunt plerique qui multa iam bona opera faciunt sed tamen adhuc carnalibus vitiis in cogitationis delectatione tanguntur. Et iustum valde est ut illic nebula fetoris obsideat quos hic adhuc carnalis fetor delectat. Unde et eandem carnis et beatus Iob in fetore conspiciens de luxurioso sic ait dulcedo illius vermes. Qui autem perfecte cor ab omni delectatione carnis liberant constat nimirum quia eorum habitatula fetoris nebula non tanguntur. Et notandum quod idem fetor et nebula sit quia nimirum carnalis delectatio mentem quam inficit obscurat ut veri luminis claritatem non videat sed unde delectatur inferius inde ab caligine ad superna pacatur. **Petrus** Putamusne hoc auctoritate

sacri eloquii posse monstrari ut tales pro carnalium fetoribus pena puniantur. **Gregorius** Potest Petre. Nam libro Genesis attestante didicimus quia super Sodomitas Dominus ignem et sulphurem pluit ut eos et ignis incenderet et fetor sulphuris necaret. Quia enim amore illicito corruptibilis carnis arserant simul incendio et fetore perierunt quatenus in pena sua cognoscerent quia eterne morti fetoris delectatione se tradidissent. **Petrus** Hec fateor in quibus dubius fui manifestat.

37 Capitulum xxv

Gregorius Sciendum quoque est quia nonnumquam anime adhuc in suis corporibus posite penale aliquid de spiritualibus videt quod tamen quibusdam contingere ad edificationem solet. Nam idem de quo in omeliis coram populo iam narrasse me memini inquietus valde Theodorus nomine puer fuit qui in nostro monasterio fratrem suum magis necessitate quam voluntate secutus est. Cui nimirum grave erat si quis ei pro sua salute aliquid loqueretur. Bona enim non solum facere sed etiam audire non poterat. Numquam se ad sancte conversationis habitum venire iurando irascendo deridendo testabatur. In hac autem pestilentia que nuper huius urbis populi magna ex parte consumpsit percussus in inguine est perductus ad mortem. Cumque extremum spiritum ageret convenerunt fratres ut egressum illius orando protegerent. Iam enim corpus eius ab extrema fuerat parte premortuum in solo tantummodo pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti autem fratres tanto pro eo ceperunt enixius orare quanto eum iam videbant sub

celeritate redemptum descendere. Cum
repente cepit eisdem fratribus assistenti-
bus clamare atque cum magnis voci-
bus orationes eorum interrumpere dicens: Recedite
ecce draconi ad devorandum datus sum
qui propter vestram presentiam devorare me
non potest. Caput meum in suo ore absor-
buit. Date locum ne ut me amplius
cruciet, sed faciat quod facturus est. Si ei
ad devorandum datus sum, quare propter
vos moras patior? Tunc fratres
ceperunt dicere ei: Frater quid est quod loqueris?
Fac signum sancte crucis et imprime.
Respondebat ille cum magnis clamoribus
dicens: Volo me signare sed non possum,
quia squamis huius draconis premor.
Cumque hoc fratres audirent, prostrati in
terra cum lacrimis pro ereptione illius ve-
hementius ceperunt orare. Et ecce subito ce-
pit eger cum magnis vocibus clamare
dicens: Gratias deo, ecce draco qui me ad
devorandum acceperat fugit, orationibus
vestris expulsus est, stare non potuit.
Pro peccatis meis modo intercedite, quia
paratus sum converti et seculare vitam
funditus relinquere. Homo ergo qui
sicut iam dictum est ab extrema corporis
fuit parte premortuus, reservatus ad
vitam toto ad deum corde conversus
est. Postquam mutatus mente diu enim
est flagellis astrictus, tunc eius anima
carne soluta est. 36 Capitulum xxxvi

At contra Crisaurius, sicut probat
propinquus illius, cuius supra
memoriam feci, narrare consueverat.
Vir in hac valle dives fuit, sed
tantum plenus vitiis fuit quantum rebus:
superbia tumidus, carnis sue volu-
ptatibus subditus, ac in acquirendis
rebus avaritie facibus accensus.
Sed cum tot malis dominus finem ponere
decrevisset, corporali eum molestia percussit.
Qui cum ad extrema veniens, eadem hora
qua de corpore erat exiturus, apertis
oculis vidit teterrimos et nigerrimos
spiritus coram se assistere et vehementer
imminere, ut ad inferni claustra se
raperent. Cepit tremere, pallescere, su-
dare et magnis vocibus inducias
petere, filiumque suum nomine Maximum,
quem iam ipse monachus
monachum vidi, nimiis et turbatis
clamoribus vocare dicens: Maxime
curre, nihil tibi aliquid mali feci,
in fide tua me suscipe. Turbatus
mox Maximus affuit, lugens et per-
strepens familia convenit. Eos autem quos
ipse insistentes sibi graviter tolerabat
ipsos malignos spiritus videre non pote-
rant, sed eorum presentiam in confessione,
in pallore ac tremore illius qui traha-
hebatur videbant. Pavore autem ima-
ginis teterrime huc illucque versabatur in
lectulo. Iacebat in sinistro latere, aspe-
ctum eorum ferre non poterat, vertebatur
ad parietem, ibi aderant. Cumque constrictus
nimius relaxari se iam posse despera-
ret, cepit magnis vocibus clamare:
Inducias vel usque mane, inducias
vel usque mane. Sed cum hoc clamaret,
in ipsis vocibus de habitaculo carnis
evulsus est. De quo nimirum constat
quia pro nobis ista non pro se vidit, ut
eius visio nobis proficiat, quos adhuc
divina patientia longanimiter expectat.
Nam illos teterrimos spiritus vidisse ante mor-
tem et inducias petisse quid profuit,
quia easdem inducias quas petiit
non accepit? Est etiam apud nos Atha-
nasius Isaurie presbiter, qui diebus
suis Justiniani rem terribilem narrat
se cognovisse. Ibi namque, ut ait, quidam
nomine Stephanus cognatus dicit, in qua
quidam magne estimationis habebatur.
Homo quippe tenebatur moribus
atque in omni actione sua compositus

Sed sicut ex facto fine res patuit, longe aliud quam apparebat fuit. Nam cum se ieiunare ad fratribus demonstraret, occulte manducare consueverat; quod eius vitium omnes nescierunt. Sed corporis superveniente molestia ad extrema vitae perductus est. Qui cum esset in fine, fecit ad se omnes qui in monasterio erant congregari fratres. Et illi, ut putabant, tali monachi morientis magnum quid atque delectabile se ab eo audire crediderunt. Quibus ipse afflictus et tremens compulsus est dicere cui hosti traditus urgebatur, et ait: Quando me vobiscum ieiunare credebatis, occulte comedebam, et nunc ecce ad devorandum draconi traditus sum, qui cauda sua mea genua pedesque colligavit, caput vero suum intra os meum mittens, spiritum meum ebibens abstrahit. Quibus dictis statim defunctus est, atque ut paenitendo se liberare potuisset, draconem quem viderat percussus exspectatus non est. Quod nimirum constat, quia ad solam utilitatem audientium vidit, qui eum hostem cui traditus fuerat et innotuit et non evasit.

Petrus. Iste velim si post mortem purgatorius ignis esse credendus est.

Gre. C xxxvii

In evangelio dominus dicit: Ambulate dum lucem habetis. Per prophetam quoque ait: Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adiuvi te. Quod Paulus apostolus exponens dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Salomon quoque ait: Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus nec ratio nec sapientia nec scientia erit apud inferos, quo tu properas. David quoque ait: Quoniam in saeculum misericordia eius. Ex quibus nimirum sententiis constat, quia qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio praesentatur. Sed tamen de quibusdam levibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est, pro eo quod Veritas dicit: Quia si quis in sancto spiritu blasphemiam dixerit, neque hic in saeculo remittetur ei neque in futuro. In qua sententia datur intellegi quasdam culpas in hoc saeculo, quasdam vero in futuro posse laxari. Quod enim de uno negatur, consequens intellectus patet quia de quibusdam conceditur. Sed tamen, ut praedixi, hoc de parvis minimisque peccatis fieri posse credendum est, sicut est assiduus otiosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum curae rei familiaris, quae vix sine culpa vel ab ipsis agitur qui culpam qualiter declinare debeant sciunt, aut in non gravibus rebus error ignorantiae; quae cuncta etiam post mortem gravant, si adhuc in hac vita positis minime fuerint relaxata. Nam et Paulus dicit Christum esse fundamentum, atque subiungit: Si quis superaedificaverit super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam, uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superaedificavit, mercedem accipiet; si cuius opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem. Quod quamvis hoc de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito possit intellegi, tamen si quis hoc de igne futurae purgationis accipiat, pensandum sollicite est, quia illum dixit per ignem posse salvari, non qui super hoc fundamentum ferrum, aes vel plumbum aedificat, id est peccata maiora et idcirco duriora atque tunc iam insolubilia, sed ligna, fenum, stipulam, id est peccata minima atque levissima, quae ignis facile consumat. Hoc tamen sciendum est, quia illic saltem de minimis nil quisque purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac adhuc

Quod peccata purgantur igne purgatorii

certa positus nisi illic poenam obtineat
~~in meatur. Nam cum adhuc essem iuvenculus~~
~~atque in laico habitu constitutus~~
~~narrare a maioribus atque scientibus~~
~~audivi~~ ep 38 Capitulum xxxviii

Nam cum adhuc essem iuvenculus
atque in laico habitu constitutus
narrare a maioribus atque scientibus
audivi quod Paschasius huius apostolice
sedis diaconus cuius apud nos rectis-
simi et luculentissimi de spiritu sancto
libri extant mire sanctitatis vir fuit
elemosinarum maxime operibus va-
cans et cultor pauperum et contemptor
sui. Sed hic in ea contentione que in-
ardescente zelo fidelium inter Symmachum
atque Laurentium facta est ad pontificatus
ordinem Laurentium elegit et omnium post
unanimitate superatus in sua tamen sententia
atque ad diem sui exitus perstitit illum
amando atque preferendo quem episcoporum
iudicio preesse sibi ecclesia refutavit. Cum
itaque hic temporibus Symmachi apostolice sedis
presulis esset defunctus eius dalma-
ticam feretro superpositam demoniacus
quidam tetigit statimque salvatus est.
Post multum vero temporis Germano Capua-
no episcopo cuius medici superius feci men-
tionem pro corporis salute dictaverant ut
in Angulanis thermis lavari debuisset.
Qui ingressus easdem thermas predictum
Paschasium diaconum stantem et obse-
quentem in caloribus invenit. Quo viso
vehementer extimuit et quid illic tan-
tus vir faceret inquisivit. Cui ille retulit:
Pro nulla alia causa in hunc penalem
locum depositus sum nisi quia in parte
Laurentii contra Symmachum sensi. Sed te
queso domine pro me deprecare atque in hoc
recognosces quod exauditus sis si huc
rediens me non inveneris. Qua de re
vir domini Germanus se in precibus
strinxit et post paucos dies rediens

iam predictum Paschasium in eodem loco
minime invenit. Quia enim non malitia
sed ignorantie errore peccaverat purgari
post mortem potuit a peccato. Quod tamen
credendum est quia ex illa elemosinarum
suarum largitate obtinuit ut tunc po-
tuisset promereri veniam cum nihil potuisset
operari. **Petrus** Quid hoc queso
est quod in his extremis temporibus tam
multa multa de animabus clarescunt
que ante latuerunt ita ut apertis visionibus
atque ostensionibus venturum seculum inferre
se nobis atque aperire videatur. **Gre-
gorius** Nam quanto presens seculum
propinquat ad finem tanto futurum
seculum ipsa iam quasi propinquitate tangitur
et signis manifestioribus aperitur.
Quia enim in hoc cogitationes nobis
invicem minime videmus in illa autem
nostra in alterutrum corda aspicimus ad
hoc seculum nisi noctem et quid futurum
nisi diem dixerim. Sed quemadmodum
cum incipit finiri nox et dies incipit ori-
ri ante solis ortum simul aliquo te-
nebre commixte sunt quousque descedenti-
bus noctis reliquie in luce diei
subsequentis perfecte vertantur ita
huius mundi iam finis cum futuri seculi
exordio permiscetur atque ipse reliquias
eius tenebre quorundam iam rerum
spiritualium permixtione translucent et que illius
mundi sunt multa iam cernimus. Sed nec-
dum perfecte cognoscimus quia ea quasi in quodam
mentis crepusculo hoc velut ante solem
videmus. **Petrus** Placet
quod dicis. Sed de tanto viro Paschasio
hoc animum ad questionem movet
quod post mortem ad penalem locum
ductus est cuius feretrum vestis tangi
potuit et malignos spiritus ab obses-
so homine fugare. **Gregorius**

Hac in re magna debet omnipotentis
Dei dispensatio et quam sit multiplex
agnosci cuius iudicio actum est ut hic
vir Paschasius et ipse minus aliquantulum
tempus reciperet quod peccasset tamen
ad humanos oculos mira per corpus
suum faceret que ad mortem eius quoque
cognoscentibus pia opera fecisset ut neque
hi qui bona eius viderant de elemo
sinarum illius estimatione fallerentur
neque ipse sine purgatione laxaretur cul
pa quam nec esse culpam credidit et dicto
clamavit fletibus non extinxit. **Petrus**

Perpendo quid dicis tu hoc valde
constrictus non solum que intelligo cogor
pertimescere. Sed queso te quia
paulo superius sermo de locis penali
bus inferni versabatur ubi esse
infernum putamus super hanc terram
an sub terra esse credendus est. **Gregorius**

Hac de re 39 Capitulum xxxix
temere diffinire nil audeo. Nonnulli
namque in quadam terrarum parte esse
putaverunt. Alii vero hunc sub terra
esse estimant. Sed tamen hoc animum pulsat
quia si idcirco infernum dicimus quod
inferius iacet quod ~~ad terram~~ a terra
ad celum est hoc esse infernus debet
ad terram. Unde et fortasse per psalmi
stam dicitur Liberasti animam meam
ex inferno inferiori ut infernus
superior in terra infernus vero inferior sub
terram esse videatur. Et Iohannes
in ea estimatione concordat qui cum
signatum librum septem sigillis vidisse
se dixerit quia nemo dignus inventus est
neque in celo neque in terra neque subtus
terram aperire librum et solvere signacula
eius adiunxit Et ego flebam multum. Quem
tamen postmodum librum per leonem de tribu
Iuda librum dicit aperiri. In quo videlicet
libro quid aliud quam sacra scriptura
signatur quam solus redemptor noster

De infernali loco et tormentis

aperuit. Qui homo factus moriendo
resurgendo ascendendo cuncta mys
teria que in ea fuerant clausa pate
fecit. Et nullus in celo quia neque ange
lus. Et nullus in terra quia neque homo
vivens in corpore. Et nullus sub tus
terram dignus inventus est quia
neque anime corpore exute aperire
nobis preter dominum sacra eloquii
secreta potuerunt. Cum ergo ad solvendum
librum nullus sub terra inventus
dignus dicitur quid obstet non video
ut sub terra esse infernus credatur.

Petrus Queso te unus ne ge
henne ignis credendus est an quanta
peccatorum diversitas fuit tanta quoque
estimanda sunt et ipsa incendia pre
parata. **Gregorius** Unus quidem
est gehenne ignis sed non omnes uno
cruciat peccatores. Uniuscuiusque etenim
quantum exigit culpa tantum illic sentitur pena.
Nam sicut in hoc mundo sub uno sole
consistunt multi nec tamen eiusdem ardorem
equaliter sentiunt quia alius plus es
tuat et alius minus ita illic in uno
igne non unus est modus incendii quia
quod hic diversitas corporum hoc illic agit
diversitas peccatorum ut et ignem non
dissimilem habeant et tamen eos singulos
dissimiliter exurat. **Petrus** Numquid
nam queso te dicemus eos qui semel
illic mersi fuerint semper arsuros.

Gregorius Constat nimis
et incunctanter verum est quia sicut
finis non erit gaudio bonorum
ita finis non erit tormento malorum.
Nam cum veritas dicat Ibunt impii
in supplicium eternum iusti autem in vitam
eternam quia verum est quod promisit
falsum procul dubio non erit quod mi
natus est Deus. **Petrus**

Quod si quis dicat: Idcirco pecca-
tibus eternam penam minatus est
ut eos ab iniquitate compesceret. Gregorius
Si falsum est quod minatus est
deus ut homines ab iniusticia corri-
geret, etiam falsa est pollicitus ut eos
ad iusticiam provocaret. Sed quis hoc
dicere vel insanus presumat? Et si mi-
natus est peccatoribus quod non erat
impleturus, dum asserere eum veracem
volumus, fallacem, quod dici nephas est,
predicare compellimur. Petrus
Scire velim quomodo iustum est ut culpa
que cum fine perpetrata est sine fine
puniatur. Gregorius
Hoc recte diceretur si districtus iudex
non corda hominum sed facta pensaret. In-
iqui enim ideo cum fine deliquerunt quia
cum fine vixerunt. Nam voluissent
utique si potuissent sine fine vivere
ut potuissent sine fine peccare. Ostendunt
enim quia in peccato vivere semper cupiunt
qui nunquam peccare desinunt dum vivunt.
Ad magnam ergo iusticiam iudicantis pertinet
ut nunquam careant supplicio qui in hac vi-
ta nunquam voluerunt carere peccato. Sed nullus
iustus crudelitate pascitur, et delinquens
servus a iusto domino idcirco cedi precipi-
tur ut nequicia corrigatur. Ad hoc ergo va-
pulat ut emendari debeat. Iniqui autem
gehenne ignibus traditi si ad correptionem
non perveniunt, quo fine semper ardebunt? Om-
nipotens deus quia pius est miserorum cruciatu
non pascitur. Quia autem iustus est ab
iniquorum ultione in perpetuum non sedatur.
Sed iniqui omnes eterno supplicio depu-
tati sua quidem iniquitate puniuntur,
et tamen ad aliquid ardebunt, scilicet ut
iusti omnes et ideo videant gaudia que
percipiunt, et in illis respiciant supplicia
que evaserunt, quatinus tanto magis
in eternum divine gratie debitores
se esse cognoscant quanto in eternum
mala puniri conspiciunt que eius
adiutorio vicerunt. Petrus
Et ubi est quod sancti sunt si pro inimi-
cis suis quos tunc ardere viderint non
orabunt, quibus utique dictum est: Pro
inimicis vestris orate. Gregorius
Orabant pro inimicis Capitulum xl
suis eo tempore quo possunt ad fru-
ctuosam penitentiam eorum corda convertere
atque ipsa conversione salvare. Quid
enim aliud pro inimicis orandum est nisi
hoc quod ait apostolus: ut det eis penitentiam
ad cognoscendam veritatem, et resipiscant
a diaboli laqueis a quo captivi tenen-
tur ad ipsius voluntatem. Et quomodo
pro illis tunc orabitur qui iam nullatenus
possunt ad iusticie opera ab iniqui-
tate commutari? Eadem itaque causa est
cur non oretur tunc pro hominibus eterno
igne damnatis que nunc etiam causa est
ut non oretur pro diabolo angelisque
eius eterno supplicio deputatis.
Que nunc etiam causa est ut non orent
sancti homines pro hominibus infidelibus
impiisque defunctis, quia de
eis utique quos deputatos eterno sup-
plicio iam noverunt ante illum iudicis
iusti conspectum orationis sue meritum cassari
refugiunt. Quod si nunc quoque viventes
iusti mortuis et damnatis iniustis
minime compatiuntur, quando adhuc aliquid
iudicabile de sua carne se perpeti
etiam ipsi noverunt, quanto districtius tunc
iniquorum tormenta respiciunt, quando ab
omnibus corruptionibus exuti ipsi
iam iusticie vicinius atque arctius
inherebunt. Sic quippe eorum mentes
per hoc quod iustissimo iudici inhe-
rent vis districtionis absorbet, ut omnino
eis non libeat quicquid ab illius
eterne regule subtilitate discordat.
Petrus Non est iam quod

respondere debeat racioni. Sed hec mihi
queso mentem mouet quomodo anima inmor
talis dicitur, dum constet quod in
perpetuo igne moriatur. **Gregorius** xl

Quid sit mortalis et inmortalis (margin)

Quia duobus modis
Quia vita dicitur duobus modis et mors
debet intelligi. Aliud est namque quo in
deum viuimus, aliud vero quod in hoc quod
conditi vel creati sumus. Id est aliud est
bene viuere, aliud essencialiter. Anima
itaque et mortalis esse intelligitur et inmor
talis. Mortalis quippe bene viuere
amittit, inmortalis quia essencialiter
viuere numquam desinit, et nature sue vitam
perdere non valet, eciam cum in perpetua fuerit
morte dampnata. Illic enim posita beate
esse perdit et esse non perdit. Ex qua re
semper cogitur, ut et mortem sine mor
te et defectum sine defectu et finem sine fine
paciatur, quatinus ei et mors inmor
talis sit et defectus indeficiens et finis
non finitus infinitus. **Petrus**

Quis bene tamen ex plurimis implacabilem
sentiam dampnacionis tingere sit operis
ad exitum veniens non pertimescat, quia et si
iam nouit quod egit, adhuc tamen
stricte illius quam subtiliter iudicetur
ignorat. **Gregorius** xlii

Ita assercio vera est sed plerumque de cul
pis minimis ipse solus pauor egre
dientes animas iustorum purgat, sicut
narrare de quodam sancto viro meum
frequenter audisti, quod ad mortem
veniens vehementer timuit, sed post
mortem discipulis in stola alba
apparuit, et quia preclare sit susceptus
indicauit. Non numquam vero omnipotens deus
trepidantium mentes quibusdam prius
reuelacionibus roborat, ut in morte
minime pertimescat. Nam quidam meorum
in monasterio frater Antinus nomine viuebat,
qui multis quotidianis lacrimis
ad gaudia celestis patrie anhelabat.
Cumque studiosissime et cum magno
feruore desiderii sacra eloquia medi
taretur, non in eius verba scientie sed fletus
compunctionis querebat, quibus per hoc mens
eius excitata inardesceret et yma dese
rens ad regnum celestis patrie per contem
placionem uolaret. Huic per noctur
nam visionem dictum est: Paratus esto,
quia te dominus iussit migrare. Cumque
ille non habere se sumptus ad migrandum diceret,
ei de peccatis tuis agitur, dimissa sunt.
Quod dum semel audisset et magno
adhuc metu trepidaret, nocte quoque alia
in eisdem verbis est ammonitus. Cum post quinque
dies febre correptus cunctis fratribus
flentibus orantibusque defunctus est.
Alius etiam frater in eodem monasterio Meru
lus dicebatur, vehementer lacrimis atque
elemosinis intentus. Psalmodie vero
ex ore illius pene nullo tempore cessare
consueuerat, excepto cum aut alimentum
corpori aut membra dedisset sopori.
Huic nocturna visione apparuit quod
ex albis floribus corona de celo in caput
eius descendebat. Qui mox molestia
corporis occupatus cum magna securi
tate animi atque hilaritate defunctus est.
Ad cuius sepulcrum dum Petrus, qui
nunc monasterio preest, sibi sepulturam
facere potest (?) post annos xiiii voluisset,
tanta, ut asserit, de eodem sepulcro
fragrancia suauitatis emanebat, ac si
illic florum omnium fuissent odoramenta
congregata. Ex qua re manifeste pa
tuit quia verum fuit quod per nocturnam
visionem vidit. Alius quoque in eodem
monasterio Iohannes dictus est, magne
indolis atque adolescens, qui etatem suam
intellectu et humilitate et dulcedine et
grauitate transiebat. Huic egritudine laterum
atque ad extremum deducto per nocturnam
visionem quidam senex apparuit

et leniter virga dei tetigit eique dixit
Surge ex hac enim molestia minime
morieris sed paratus esto quia non longo
tempore hic futurus eris Tunc idem iam
esset a medicis desperatus repente sa
natus est atque convaluit rem quam
viderat narravit seque per biennium
in dei servicio sicut predixi ultra etatis
sue annos exhibuit Cum hoc ante tren
nium quidam frater fuisset mortuus
atque in eiusdem monasterii cimiterio
a nobis sepultus cumque nobis
ab eodem cimiterio exeuntibus idem
Johannes sicut post modum pallens
et tremens indicavit illic nobis disce
dentibus ab eodem frater qui mortuus
fuerat de sepulcro vocatus est Cuius
vocem eius subsequentis finis edocuit Nam
post dies decem dura sub febribus
carne solutus est. **Petrus**

Noctu velim scire quod per noctur
nas visiones ostenditur an observandum
debeat. **Gre**[gorius] Cap. xlj

Sciendum petre est quia sex modis tangunt animam
ymagines sompniorum aliquando
namque sompnia ventris plenitu
dine vel inanitate aliquando vero illu
sione aliquando vero cogitatione simul
et revelatione generantur Sed duo que
in prioribus diximus omnes experimento
cognoscimus subiuncta autem quatuor
in sacre scripture pagina invenimus
Sompnia etenim nisi plerumque ab
occulto hoste per illusionem fierent ne
quaquam hoc vir sapiens indicaret
dicens Multos enim sompnia fecerunt
errare et exciderunt sperantes in illis
Vel certe non augurabimini nec observabitis
sompnia Quibus profecto verbis
cuius sint detestationis ostenditur que
auguriis coniunguntur Rursus ubi ali
quando sompnia ex cogitatione simul
et revelatione procederent nequaquam

Daniel propheta nabuchodonosor
visionem disserens a radice inicho
acionis cogitationis inchoasset dicens
Tu rex cogitare cepisti in stratu tuo
quid esset futurum post hec et qui re
velat misteria ostendit tibi que futura sunt
Et paulo post Videbas et ecce quasi
statua una grandis statua illa
magna et sublimis stabat contra
te et ad Daniel itaque dum sompnium
ad implendum venientis insinuat et
ex qua ortum sit cogitatione manife
stat patenter ostenditur quia hec
plerumque ex cogitatione et revela
tione generantur Sed nimirum cum sompnia
tot rerum qualitatibus alternantur tanto
eis credi difficilius debet quanto
ex quo impulsa veniant facilius
non elucet Sancti autem viri illusi
ones atque revelationes ipsas illusi
onum voces aut ymagines quodam
intimo sapore discernunt ut sciant vel
quid a bono spiritu bono percipiant
vel quid ab illusione paciantur Nam
si mens cauta non fuit per deceptionem
spiritum deceptorem multis se vanita
tibus immergit Qui nonnumquam solet
multa vera predicere ut ad extremum
vel valeant animam ex una qualibet
falsitate laqueare Sicut cuidam
nostrum nuper certum est contigisse qui dum
sompnia vehementer attenderet ei per
sompnium longa spatia huius vite
promissa sunt Cumque multas pecu
nias pro longioris vite stipendiis colle
gisset ita repente defunctus est ut in
tactas omnes relinqueret et ipse secum
nil ex bono opere portaret. **Petrus**

Quid sit illud memini si queso te ea
que cepimus exequimur putamusne
animabus aliquid prodesse si mortuorum
corpora in ecclesiis fuerint sepulta

de christianorum sepultura

Gregorius c. xliiii

Quorum gravia peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis si in ecclesiis sepeliuntur, quod eorum proximi quotiens ad eadem sacra loca conveniunt, suorum quorum sepultura aspiciunt recordantur et pro eis domino preces fundunt. Nam quos peccata gravia deprimunt, non ad absolutionem sed potius ad maiorem dampnationis cumulum eorum corpora in ecclesiis ponuntur. Quod melius ostendimus, si ea que diebus nostris gesta sunt breviter enarramus. Vir namque vite venerabilis Felix Portuensis episcopus

Vir namque vite venerabilis c. xlv

Felix Portuensis episcopus in Savinensi provincia ortus atque nutritus est. Quandam sanctimonialem feminam in loco eodem fuisse testatur, que continentiam quidem carnis habuit, sed lingwe procacitatem atque stultiloquium non declinavit. Hec igitur defuncta atque in ecclesia sepulta est. Nocte autem eadem eiusdem ecclesie custos per revelationem vidit, quia deducta ante sacrum altare per medium secabatur, et pars illius igne cremabatur, pars vero altera intacta remanebat. Cumque surgens mane fratribus narrasset, et locum vellet ostendere in quo fuerat igne consumpta, ipsa flamme combustio ita ante altare in marmoribus apparuit, ac si illic eadem femina corporeo fuisset igne concremata. Ex qua re aperte datur intelligi quia hii quibus dimissa peccata non fuerint, ad evitandum iudicium sacra loca post mortem non valent adiuvare. c. xlvi

Iohannes quoque vir magnificus in hac urbe locum prefectorum servans, cuius veritatis atque gravitatis sit novimus. Qui mihi testatus est Valerianum patricium in civitate que Brixa dicitur fuisse defunctum. Cui eiusdem civitatis episcopus accepto pretio locum in ecclesia prebuit, in quo sepeliri debuisset. Cum vero Valerianus usque ad etatem decrepitam levis atque lubricus exstitit, modum quoque suis pravitatibus ponere contempsit. Eadem vero nocte qua sepultus est, beatus Faustinus martyr in cuius ecclesia corpus illius fuerat humatum, custodi suo apparuit dicens: Vade et dic episcopo ut proiciat has fetentes carnes quas hic posuit. Nam si ipse fecerit, die tricesimo ipse morietur. Quam visionem custos episcopo timuit confiteri et rursus admonitus declinavit. Die autem tricesimo eiusdem civitatis episcopus cum vespertina hora sanus atque incolumis ad lectum redisset, subita et inopinata morte defunctus est. c. xlvii

Adest quoque in presenti venerabilis frater Venantius Lunensis episcopus et magnificus Liberius vir nobilissimus atque veracissimus, qui se scire suosque homines interfuisse testantur rei quam narrant nuper in Genuensi urbe contigisse. Ibi namque, inquiunt, Valentinus nomine Mediolanensis ecclesie defensor defunctus est, vir valde lubricus et cunctis levitatibus occupatus. Cuius corpus in ecclesia beati martyris Syri sepultum est. Nocte autem media in eadem ecclesia facte sunt voces, quasi quis violenter expelleretur atque inde traheretur foras. Ad quas nimirum cucurrerunt custodes et viderunt terribiles spiritus, qui eiusdem Valentini pedes quadam ligatura constrictos erant, et eum ab ecclesia clamantem ac nimium vociferantem foras trahebant. Qui nimirum exterriti ad sua strata reversi sunt. Mane autem facto aperientes sepulcrum in quo idem Valentinus positus fuerat, eius corpus non invenerunt. Cumque extra ecclesiam

quererent ut proiectum esse invenirent
in sepulchro alio positum ligatis
adhuc pedibus sicut de ecclesia fuerat
abstractum. Ex qua re petre colligitur
quia hii quos peccata gravia depriment
si in sacro loco sepeliri se faciant re-
stat ut eciam de sua presumptione iudicentur
quatinus eos sacra loca non liberent
C 28 sed eciam culpa temeritatis accusent. Nam
quod quoque in hac urbe contigit cu-
ius multitudo qui hic habitant testa-
tur. Quidam artis coriarie primus ~~defunc~~
tum defunctus fuisset in ecclesia beati
Ianuarii martiris iuxta portam sancti
Laurencii a coniuge sua sepultus est. Se-
quenti autem nocte ex sepulchro cadaver
audiente custode eius cepit clamare
spiritus Ardeo ardeo. Cum vero has voces
diu emitteret custos hoc eius nunciavit
uxori. Uxor vero eius eos qui diligenter
inspicerent artis eiusdem viros trans-
misit ad ecclesiam volens cognoscere qua-
liter eius corpus esset in sepulchro de
quo talia clamaret. Qui aperientes
sepulchrum vestimenta quoque intacta
reppererunt que nunc usque in eadem ecclesia
pro eiusdem rei testimonio ser-
vantur. Corpus vero illius omnino
non invenerunt ac si in eodem sepulchro
positum non fuisset. Ex qua re colli-
gendum est qua ultione eius anima
dampnata sit cuius et caro est abiecta
e sepulchro. Si igitur sacra loca sepulture
prosunt quid hii qui indigni sunt ab eis-
dem sacris locis divinitus proiciuntur

Petrus. Quid nam ergo poterit
quod mortuorum valeat animabus
prodesse. **Gregorius.** Capitulum 29

Si post mortem culpe insolubiles
non sunt multum solet animas
eciam post mortem sacra oblacio hostie
salutaris adiuvare ita ut nonnumquam

hoc ipsum defunctorum anime videantur
petere. Nam predictus episcopus a quo
venerabilis vite presbiterum qui usque
ad biennium vixit et in diocesi centum-
cellensis urbis habitavit atque eccle-
sie beati Iohannis que in loco que Taurina
dicitur sita est preerat cognovisse
se asserit. Presbiter in eodem loco ubi
aque calide vapores nimios faciunt
quociens necessitas corporis exigebat la-
vari consueverat. Ubi dum die quadam
fuisset ingressus invenit quendam
incognitum virum ad suum obsequium
paratum qui sibi de pedibus calciamen-
ta abstraheret vestimenta susciperet et ex-
euntibus de caloribus sabana preberet
preberet atque omne ministerium cum ma-
gno famulatu preberet. Cumque hoc
sepius fieret idem presbiter die quadam
ad balnea iturus intra semetipsum
cogitans dixit Viro illi qui mihi sat-
tam devotissime ad lavandum obsequi
ingratus esse non debeo sed aliquid me
necesse est ei pro munere portare. Tunc
duas secum oblacionum coronas
detulit. Qui mox ut pervenit ad locum
hominem invenit atque ex more eius ob-
sequio in omnibus usus est. Lavit
itaque se et cum iam vestitus voluisset
egredi hoc quod secum detulerat obsequenti
sibi viro pro benedictione obtulit petens
ut benigne susciperet quod ei gratia cari-
tatis offerret. Cui ille merens afflictus-
que respondit Michi ista quare das pater? Iste
panis sanctus est ego hunc manducare non
possum. Me etenim quem vides aliquando lo-
ci huius dominus fui sed pro culpis
meis hic post mortem deputatus sum.
Si autem mihi beneficium prestare vis omnipo-
tenti deo pro me offer hunc panem
ut pro peccatis meis intervenias. Et tunc
exauditum te esse cognoscas cum
huc ad lavandum veneris me

Suffrag-
stione

invenerit. In quibus verbis disparuit et is qui homo esse videbatur evanescendo innotuit quod spiritus fuit. Idem vero presbiter ebdomadam totam se pro eo in lacrimis afflixit, salutarem hostiam quotidie obtulit, et reversus post ad balneum eum minime invenit. Ex qua re quantum prosit animabus immolatio sacre oblationis ostenditur, quando hanc et ipsi mortuorum spiritus a viventibus petunt et signa indicant quibus per eam absoluti videantur. Sed neque hoc sileam quod actum in meo monasterio ante hoc triennium reminiscor. Quidam namque monachus Iustus nomine medicine artis fuerat institutus, qui mihi in eodem monasterio constituto sedule obsequi atque in assiduis egritudinibus meis excubare consueverat. Hic itaque languore corporis preventus ad extrema deductus est. Cui in ipsa sua molestia frater germanus nomine Copiosus serviebat, qui nunc ipse quoque in hac urbe per eandem medicine artem temporalis vite stipendium sectatur. Sed predictus Iustus cum se ad extremum venire cognovisset, eidem fratri suo Copioso quia occultos tres aureos haberet innotuit. Quod nimirum fratribus non potuit celari, sed subtiliter indagantes atque illius omnia medicamenta perscrutantes eosdem aureos invenerunt in medicamine absconsos. Quod mox ut mihi nuntiatum est tantum malum de fratre qui nobiscum communiter vixerat equanimiter ferre non potui, quippe quia eiusdem nostri monasterii semper regula fuerat ut cuncti fratres ita communiter viverent quatinus eis singulis nulla habere propria liceret. Tunc nimio merore perculsus cogitare cepi vel quid ad purgationem morientis facerem vel quid in exemplo viventibus fratribus providerem. Pretioso igitur eiusdem monasterii preposito ad me accito dixi: Vade, et nullus ex

fratribus se ad eum morientem iungat, nec sermonem consolationis ex cuiusquam ore percipiat. Sed cum in morte constitutus fratres quesierit, ei suus frater carnalis dicat quia pro solidis quos occulte habuit a cunctis fratribus abhominatus sit, ut saltem in morte de culpa sua mentem illius amaritudo transverberet atque a peccato quod perpetravit purget. Cum vero mortuus fuerit, corpus illius cum fratrum corporibus non ponatur, sed quolibet fossam in sterquilinio facite, in ea corpus eius proicite, ibique super eum tres aureos quos reliquit iactate, simul omnes clamantes: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Et sic eum terra operite. In quibus utrisque rebus unam morienti, alteram vero volui viventibus fratribus prodesse, ut et illum amaritudo mortis a culpa solubilem faceret, et istos avaritie tanta damnatio misceri in culpa prohiberet. Quod ita factum est. Nam cum idem monachus pervenisset ad mortem atque anxie quereret fratribus se commendare, nullusque e fratribus ei se applicare et loqui dignaretur, ei carnalis frater cur ab omnibus esset abhominatus indicavit. Qui protinus de reatu suo vehementer ingemuit atque in ipsa tristitia e corpore exivit. Qui ita est ut dixeram sepultus. Sed fratres omnes eadem sententia perturbati ceperunt singuli extrema quoque et vilia et que eis habere regulariter semper licuerat ad medium proferre, vehementer quoque formidare ne quid apud se esset unde reprehendi potuissent. Cum vero post mortem eius triginta iam essent dies evoluti, cepit animus meus defuncto fratri compati eiusque cum dolore gravia supplicia pensare et quid esset ereptionis remedium querere. Tunc evocato ante me eodem Pretioso monasterii nostri preposito tristis dixi: Diu est quod frater ille qui defunctus est in igne

cruciatur. Debemus ei aliquid caritatis
impendere et eum in quantum possumus
ut eripiatur adiuvare. Vade itaque et
ab hodierna die diebus triginta conti-
nuis offerre pro ea sacrificium stude
et nullus omnino pretermittatur dies quo pro
absolutione illius salutaris hostia non immole-
tur. Qui protinus abscessit et paruit. Nos
autem alia curantibus atque evolutos dies
non memorantibus idem frater qui defunctus
fuerat nocte quadam fratri suo germano
Copioso per visionem apparuit. Quem ille
cum vidisset inquisivit dicens: Quid
est frater, quomodo es? Cui ille respondit:
Nunc usque male fui, sed iam modo bene sum,
quia hodie communionem recepi. Quod idem
Copiosus pergens protinus in monasterio
fratribus indicavit. Fratres vero solliciti com-
putaverunt dies, et ipse dies tricesima extite-
rat quo pro eo oblatio fuerat tricesima
impleta. Cumque et Copiosus venisset
vidisset uno eodemque tempore dum cognoscit
ille isti quod egerant, atque isti cogno-
scunt iste quod viderat, concordante
simul visionem et sacrificium aperte
declaravit quia frater qui defunctus
fuerat per salutarem hostiam evasit
supplicium. **Petrus.** Mira sunt
valde que audio et non mediocriter leta.

Gregorius. Capitulum l.

Nobis ne indubium veniat verba
mortuorum, confirmant hec facta
vivencium. Nam vir venerabilis Cassius
Narniensis episcopus qui cottidianum
deo sacrificium offerre consueverat, se-
que in lacrimis inter ipsa sacrificiorum ar-
cana mactabat, mandatum domini
pro quadam sibi visione presbiteri
suscepit dicens: Age quod agis, operare
quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset
manus tua. Natale apostolorum venies ad
me et retribuam tibi mercedem tuam.
Qui post annos septem ipso natali na-
talicio apostolorum die cum missarum
sollempnia peregeret et misteria sacre
communionis accepisset e corpore exivit.

Hoc quoque. Capitulum li.

quod audivimus quendam apud
hostes in captivitate positum et in vin-
culis ligatum fuisse, pro quo sua
coniux diebus certis sacrificium offerre
consueverat. Qui longo post tempore
ad coniugem reversus, quibus diebus
eius vincula solverentur innotuit,
eosque coniux illos fuisse dies quibus
pro eo offerebat sacrificium recognovit.
Et ex alia nobis re que ante annos vii
gesta est certissime confirmatur. Agatho
etenim Panormitanus episcopus, sicud fide-
les in religiosi viri multi testati sunt
atque testantur, cum bone memorie deces-
soris mei tempore iussus esset ut Romam ve-
niret, inde immane tempestatis pertu-
lit, ita ut se ex tanto undarum periculo
evadere posse diffideret. Capitulum lii.

Nauta vero illius Varaca nomine
qui nunc eiusdem ecclesie clericatus
officio fungitur, post navim carabo quem
regebat inter undarum cumulos repente
disparuit. Navis autem cum episcopo post
tandem post multa pericula ad Hosticam
insulam fluctibus quassata pervenit.
Cumque die tertio episcopus nautam qui ab
eo abreptus in carabo fuerat in nulla
parte maris videret apparere, vehementer
afflictus mortuum credidit. Sed obsequio
caritatis unum quod mortuo debuit
impendit, ut omnipotenti deo pro ab-
solucione eius anime offerre sacri-
ficium victime salutaris iuberet. Qua
oblata restaurata navi pergens
ad Ytaliam, cumque ad Romanum
portum venisset, illic nautam repperit
quem mortuum putavit. Tunc inopi-
nate exultacione gavisus est, eumque
qualiter tot diebus in illo tanto mari
periculo vivere potuisset indicavit. Qui
regebat sive regebat fuisse carabo
versatus qualiter cum illo undis ple-
no natatum erat, et quotiens eos a
superiori parte deorsum verso ipso

carnis eius supersederat ad ingressum.
Cumque diebus ac noctibus hic incessabi-
liter fieret iam quod eius virtus funditus de-
ficeret sine quo labore cecidisset quo cum
ordine misericordia dei divina servavit. Item
quod certum eius ut quidem testatur dicens: labo-
rantibus in fluctibus atque deficientibus subito
pondere sum levatus ita ut neque depressus
sompno essem neque vigilare me crederem.
Cumque ecce in eodem medio mari me posito
quidam apparuit qui mihi panem ad refectionem
detulit. Quem mox ut comedi vires recepi.
Nec longe pertransiens navis transiens affuit
que me ab illo undarum periculo suscepit
atque ad terram perduxit. Quod cum sepedictus episcopus audi-
ens requisivit diem atque illum fuisse
diem repperit quo pro eo presbyter in hostica
insula omnipotenti deo hostiam sacre
immolavit oblationis. **Petrus.** Ea
que narras ipse quoque in Sicilia positus
agnovi. **Gregorius** 73 C lm

Idcirco credo quia hoc tam aperte
cum viventibus ac scientibus vel
nescientibus agitur ut cunctis hec agen-
tibus vel nescientibus ostendatur quia
si insolubiles culpe non fuerint ad ab-
solutionem prodesse etiam mortuis victima
sacre oblationis possit. Sed sciendum est
quia sacra victima mortuis prosit qui
hic vivendo obtinuerunt ut eos etiam post mor-
tem bona adiuvent que hic pro ipsis ab
aliis fiunt. Inter hec autem pensandum est
quod tutior via sit ut bonum quod quisque
post mortem suam sperat agi per alios
agat dum vivit ipse per se. Beatius
quoque est liberum exire quam post vincula
libertatem querere. Debemus itaque presens
seculum vel quia iam conspicimus deflu-
xisse tota mente contempnere quotidiana
deo lacrimarum sacrificia quotidianas
carnis eius et sanguinis hostias immolare.
Hec namque singulariter ~~victima~~ victima ab eterno
interitu animas salvat que nobis
illam mortem unigeniti per misterium
reparat. Qui licet surgens a mor-
tuis iam non moritur et mors ei ultra
non dominabitur in semetipso immortaliter
atque incorruptibiliter vivens pro nobis
pro nobis iterum in hoc misterio sacre
oblationis immolatur. Eius quippe
ibi corpus sumitur, eius caro in sa-
lutem populi partitur, eius sanguis
non iam in infidelium manibus sed in
ora funditur. Hinc ergo pensemus
quale sit pro nobis hoc sacrificium
quod pro absolutione nostra passionem
unigeniti filii semper imitatur.
Quis enim fidelium habere dubium possit
in ipsa immolationis hora ad sacer-
dotis vocem celos aperiri, in illo Ihesu
Christi misterio angelorum choros adesse,
summis ima sociari, terrestria celestibus
iungi, unumque ex visibilibus atque
invisibilibus fieri. Sed necesse est ut cum
hoc agimus nosmetipsos deo in cor-
dis contricione mactemus, quia qui pas-
sionis dominice misteria celebramus
debemus imitari quod agimus. Tunc er-
go vere pro nobis vera hostia erit cum
nosmetipsos hostiam fecerit. Sed studendum
nobis est ut etiam post orationis ipsa inquan-
tum deo largiente possumus mentem in
suo pondere et vigore servemus ne post
cogitatio fluxa dissolvat, ne vana
mentis leticia subrepat et lucrum
compunctionis anima per incuriam
fluxe cogitationis perdat. Sic quippe
quod poposcerat Anna obtinere me-
ruit quia post se lacrimas in eodem
mentis vigore servavit. De qua
nimirum scriptum est: Vultus quoque eius
non sunt amplius in diversa muta-
ti. Que non est oblita quod petiit non
est privata quod poposcit. 74 C lx

Sed inter hec sciendum est quia ille
recte sibi veniam postulat deli-
cti qui prius hoc quod in ipso delinquitur
relaxat. Animus enim accipitur ut a

Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo in
Stawyschyn per me Stanislaum

discordia ab animo repellatur dicente veritate: Si offers munus tuum ante altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum. Qua in re pensandum est cum omnis culpa munere solvatur, quam gravis est culpa discordie, pro qua nec munus accipitur. Debemus itaque ad proximum quamvis longe positum longeque discussum mente venire, ei que animum subdere, et si licet conditor noster dum hec placitum mentis nostre aspexerit, a peccato nos solvit, quia munus pro culpa sumit. Veritatis autem voce attestante didicimus quia servus qui decem talenta debebat, cum penitentiam ageret, absolutionem debiti debitum non dimisisset, ex hoc est iussus exigi quod ei fuerat iam dimissum. Ex quibus videlicet dictis constat quia si hoc quod in nos delinquitur ex corde non dimittimus, et illud rursus exigimus quod nobis iam per penitentiam concessum fuisse gaudebamus. Igitur dum per indulgentie temporis spatium licet, dum iudex sustinet, dum conversationem nostram is qui culpam examinat expectat, conflemus in lacrimis duriciam mentis, formemus in proximis gratiam benignitatis, et confidenter dico quia salutari hostia post mortem non indigebimus, si ante mortem deo hostia ipsi fuerimus.

Capitulum liiii

Igitur vir dei Simeon patre Greco Antiochie orto, matre Calabrica, in Sicilia civitate Siracusana progenitus, a nobilissimis et claris parentibus christiane educatus. Cum vero bone indolis puer vii annorum esset, a patre qui militaturus erat Constantinopolim deductus, ibique eruditissimis viris sacris imbuendus litteris traditur, et in timore domini diligenter erudiebatur. Adultus itaque in incremento virtutum in dies cepit augmentari, videns quia quosdam ex omnibus partibus infatigabili cure (desiderio) ad sepeliendum pulcrum domini desiderabat et ipse pro nomine Christi peregrinari. Despectis ergo cunctis mundi vanitatibus, abiectis desideriis carnalibus, dimisit patriam, parentes queque relinquens, pauper pauperem Christum sequi cupiens, orationis gratia Ierosolimam venit, ubi desiderio quo venerat loca passionis resurrectionis atque ascensionis sepius frequentando aliquamdiu mansit. Post hec cum Hilario quodam sanctissimo viro, qui pro hoc negotio ibi habitabat, per septem annos ductor peregrinorum fuit. Iam enim totus in amore Christi stabilitus fundatus requisivit si in illis partibus aliquis inveniretur pro nomine Christi solitarius, cuius instrui moribus, cuiusque subdi valeret dogmatibus. Audivit quendam super ripam fluvii Iordanis in cuiusdam reclusione turris commorantem, virtutibus preclarum, sanctitate conspicuum. Illum ergo tota mentis intentione sitiens, illius alloquio atque consortio frui concupiscens, requisitum repperit, inventum dilexit, ei que tota devotione adhesit, et inquantum potuit devotissime ministravit. De illo Christi servo Simeon vir dei multa erat solitus narrare, et quod spiritu prophetie claruisset hiis verbis edicere: Cum quadam die in inferioribus eiusdem turris partibus habitarem, et mulierculas que camelos et cetera animalia in flumine adaquare venerant intuerer, et lascive per fenestram prospicerem, per spiritum quid vanitatis tunc in corde vir dei in superioribus manens et me omnino videre non valens cognovit, facto signo in loco quo verba illius loquentis possem audire evocavit, mihi que singula aperuit que egeram vel cogitaveram, et increpando retulit atque tali sermone dulciter corripuit: Carissime, quid tibi prodest

fili patria bona reliquisse simulque desi-
deria / et carnis illecebras in corde vis
retinere. Ergo cupis discipulus christi
fieri non debes deinceps vanitatibus
mundi implicari. Decet enim dei servum pre-
valida virtute esse circumspectum / ne ca-
lidus temptator decipiendi inveniat
aditum. Cumque michi hec et alias sermo-
cinaretur verecundie me rubore vidit
perfusum. Noli aut noli fili timere / bo-
nam spem per dei graciam habeo de te.
Tuum est enim contra hostem pugnare / dei
est auxilium prebere / ut possis evincere.
Credo enim in deo meo / quia maiora tibi
parantur certamina sed confide quia divina
protectionis aderit clemencia. Et michi cetera
deus retribuat tibi bene servicium / quod
michi per hos annos impendisti. Ego
vero frequentia populi aliquomodo amplius
non possum pati. Recedendum michi est alio
ubi secrecius possim vivere. Loco michi tur-
bas enim frequencium meum non valeo im-
plere propositum. Cumque multis lacri-
mis eum rogarem ut quocumque iret
sequi possem non assensit sed me ad
alia occupatum aufugit me quoque igno-
rante quo abiret occulte reliquit.

Igitur Symeon dei famulus tanto
patre viduatus cogitare cepit quod
ageret amplius quia verteretur (?) nec erat
qui mentem eius consolaretur / unde
magis magisque turbaretur / iam
tunc heremiticam et solitariam vitam
concupierat sed quod inciperet (?) perficere non
erat. Cum igitur vitas patrum frequenter
legens et relegens intellexerit nul-
lum in heremo posse sibi preesse nisi
in monasterio didicerit / subesse nec per-
fectum aliquem fore in contemplativa
qui exercitatus non fuit in activa vita.
Consolatus ergo bethleem nativitate
christi preclaram civitatem adiit / seque in
monasterio sancte marie monachum fieri
expetiit quod et obtinuit. In quo ergo
monasterii districtione probatus atque
diaconatus officio functus / post duos
annos ad aliud monasterium / quod est
situm ad radices montis Synai in eodem
scilicet loco ubi sanctus Moyses vidit ardentem
non ardere rubum secessit / ubi ab ab-
bate receptus / per aliquot annos
in servicio fratrum mansit. Resistente siquidem (?)
desiderio ab abbate humiliter rogavit
ut liceret ei in aliquo secreciori ma-
nere loco / et impetravit. Super igitur
ripam rubri maris parvulam sibi spe-
luncam in quadam rupe invenit ubi
per duos ~~ferme~~ solus habitavit
annos. De monasterio vero secundo nunc (?) dies
communis sibi annona committebatur / panem
aqua stillans de rupe sitienti haustum
prebebat. Hoc pastus est edulio in eo-
dem in quo mansit loco. Cum a naviga-
tibus vel ab aliis qui propter varios
casus sanctitatis (?) olerum colligebant / qui
de firma petra contra speluncam illius
fluebat / frequentari cepisset / fratrum
fructum quoque / qui sibi panem defe-
rebat frequentatione et longitudine
itineris fatigari vidisset sentiens quod
se homines amplius latere non posse
ad monasterium repedavit et contra viri castri (?)
habitacionem sitam cellam sibi adiunxit
Nunc fidei se totum commendans et magnum
eiusque labores adoptans illum re-
nebat (?) vivebat in primo (?) quippe qui
eum aliquando ab ordine lectione vel
ope vacantem patienter reprehendebat
et quasi novum conversum instanter
arguebat. In vertice autem montis Synai
co videlicet loco / quo Moyses gloriam domini
vidit / et legem in tabulis lapideis
scripsit aliud monasterium erat / quod propter
incursus arabitarum / qui per illud here-
mum semper vagantur omni habitatore
destitutum remanserat / ubi per hec que circa
servi dei Symeonis militatur (?) committitur

et ut ibi moretur precipitur. Implet quod iubetur, et nova machinamenta antiqui hostis perpetitur. Nocturnis horis missam ut celebret demon hortatur. Ipse non plene dormiens nec perfecte vigilans contradicit, non debere sine presbiterali ordine aliquem hoc ministerium implere. Contra inimicus cepit instare, dixit se legatum esse Christi, hoc velle, nec deesse statim totum ministerio tali divinitus primari. Consentientem illum et contradicentem admixto sibi consortio dyaboli alterius de lectulo educunt, ad altare etiam vigilantem statuunt, alba induunt, de stola utrique alligant, hostias more presbiteri Simeoni sacerdotium diaconi contendebant sibi imponi. Tandem dei famulus ad se reversus virtute orationis et signaculo crucis inimicum repellit, et se delusum ingemiscit. Post hec ad monasterium regreditur, suo magistro subicitur. Qui confitens perversas insidias diaboli districtione se continentie destruxit. Per aliquot ebdomadas in die dominico tantum cibum sumebat. Regula autem monasterii talis erat ut non professis prohibebatur quicunque ieiunare vellet. Dignum quoque dixi, sicut ergo adiunge quod suis temporibus in eodem monasterio michi retulit contigisse. Per totam Egiptum orta est fames valida, ita ut in sola civitate Babilonia mortuorum corpora invenirentur usque ad decem milia, cunctis desertis anno geminis ceteris quoque arena inventis morientibus pre inopia panis. Parvus effectus ergo monasterii hiis tempestate constructi ex toto corde deum invocant, ut qui filios Israel in eodem monasterio deserto paverat pane celesti, suis dignaretur misereri. Sic ergo facto consilio cum psalmis et orationibus ad modicum cumulum qui superfuerat frumenti accedunt, et quia ab abbate

in mandatis acceperant, ut unusquisque quo abire vellet licentiam haberet, unanimiter consolantur, ut quamdiu unum granum ibi invenire possent nullus recederet. Mira res, ab ipsa die usque ad novum fructum non defecit, cum frumentum illud quotidie sumeretur, et non solum conventui suo parce sumit, verum etiam Arabitis qui cum mulieribus et parvulis clausuram monasterii obsederant habundantissime distribuebatur. Sed ad propositum redeamus. Vir itaque dei Simeon omnes suos labores quasi ad nichilum ducens, et amore solitudinis intus ardens, de monasterio caute exiens heremum pervagatur, et ubi sine auxilio humano salus vivere possit, inquirit diligenter et speculatur. Vestigia itaque sua vestigia in molli sabulo impressa arte qua poterat destruebat, ne insequi vel ab aliquo posset inveniri. Panem quem portabat lassus sepe reiciebat, sed recogitans se diu non posse vivere sine eius sustentatione gaudens resumebat. Tandem de altissimis rupibus deorsum spectans pulcherrimam planitiem contuetur more heremi raro gramine virentem respicit, seque illuc non sine magno periculo deponit. Prope fontem reperit, deo gratias reddidit. Ibi quoque manere disponit. Delicie quas secum detulerat erant psalterium, secum evangelium, vas ad potandum, parvus semina caulium, preter pauca vestimenta nichil aliud possidebat. Sata semina post dies triginta fecunditatem suam ligne prebuere victum. Tunc temporis et alius heremi bestiolas ne sibi caules auferret, cum ad potandum veniret, frequentes habebat. Plures post multos ergo dies ab abbate requiritur, ubi super Simeon frater haberetur. Responsum est a fratre quodam in heremum illum esse, sciret se, sed ubi locorum nesciret. Ad requirendum fratres utrumque mittuntur

intimatur / et ut ad monasterium reuerta-
tur per inobedienciam mandatur dum requisitus
Cum post aliquos dies inuenitur / et
secundum abbatis preceptum ad monasterium re-
greditur Contra sic aliquam promittitantibus
eum in occidentalibus partibus derelic-
to inuenitur pecunia / pro qua sicut abierat
que de terra Ricardi / comitis norma-
nnie monasterio de beka / ab ipso fideliter
resignabatur / neque aliquis fidelius
sup committetur Stat / quam cum monasterio
deferret per legatos mandatur. Dominum
consilio ad hanc obedienciam famulus
dei Symeon destinatur / Ille prius venire
aliud sibi in animo dicens inesse multum
sibi obesse calamitatibus longiusculo de-
uertere sed propositum / quod retine-
bat in corde / ut licet impleret quibus
poterat verbis cepit simulare predicatum
Cum sacro predicare non suam voluntatem
sed propositum propositorum sequi debere
missionem assensum prebuit dicens / se per
visionem vidisse illud iter sibi inutile
fore multa se in via aduersa passurum
quod et contigit Nam cum patrum uis
que ad nauigandum necessaria essent ba-
bilomam venisset / a portariis tenetur
et quasi ignotus / et proditor delator cum
sua suppellectili ad pallacium ducitur
Scrutatur calumpniatur Expurgatus
igitur de quibus criminabatur liber
abire iubetur portarius qui eum
innocentem ad sedem adduxerat
imperiale tenditur colaphizatur
expellitur Igitur famulus dei Sy-
meon libertati donatus per aliquot
dies in ciuitate moratur Interea
nauis de venecia iam illuc cum mer-
cibus venerat habent compositis re-
bus nauigii quadam sic modo illo intrat
Cum igitur prosperetur prosperis vecte-
ra per in illud nauigatur forte abo
naues obuiat illis / et illas latrones

piratas ad predam predam congrega-
tos intuitans illorum gladios euadere
non posse / nisi per aliquod tempus dum
segregaretur libeat eis nauigationem
differre Summopere alie quam naues eadem
sequebantur / et nauta confisus in sua
virtute / et armis non attendit famulus
dei Symeon pro eius nomine dixit Si tibi
frater domine custus de celo angelicum
missus fuerit eius aspectum illius ferre
non posses Nunc autem quia hodie hec
in domus tercius non vnum sed plures le-
gatos misit tum consimiles legationes
dei non negligenter suscipere deberes Si de
consiliis meis / et vel per istos dies tres
expecta fortassis ab isto periculo libera-
bit nos miseratio diuina Quod si non
feceris et te et nos omnes perdis Ille
ergo non acquiescens sequenti die in la-
trones incidit A hora tercia diei / vsque
ad horam fere nonam vtrimque debellant
Sed cum latrones viderent / se pugnam
penale ad dolos conuertuntur ut in ma-
nu recipiantur pugnaturi aduersus
alios latrones simulant et possent Con-
tradicente Symeone famulo dei in ma-
num recipiuntur depositis armis / et
omnibus quasi / post labore quiescentibus
predones hij / qui aderant repente
insurgunt gladios impie stringunt
fortiter incidunt feriunt multa cedes geritur
Prodaquoque nauicleri per medium caput am-
putat ceteros crudeliter mactant omnes
pariter occidunt / et iugulant Solus Xristi
famulus in puppe stat illesus qui non
descendit flamme in se exorat Ab omnibus
declamatur ut inimicus consiliator per-
imatur ut caput ut amputet ferus
gladiator adest Ille reiecta veste
proicit se in flumine multa post illum
iacula iaciuntur sed non per eum quem
custodit vult saluare per fundum
graditur psalmus in corde ruminans
In mari via tua et semite tue in aquis

multis ergo per undas natando
per vias in fundo gradiendo in lit-
tore valde lassus tandem exponitur
nudus. Postea ad villam que proxima
erat tendit. Si homines illi christiani
an pagani essent scire non potuit.
De biduo itaque nudus mansit. Tercio
die quidam ex illis hominibus miseratus
vilissimum vestimentum illi proiecit. Quo
indutus per multas tribulationes
et angustias Anthiochiam venit. Ibi
a fidelibus viris caritative susceptus
induitur, amplexatur et honorifice
sustentatur. In brevi patriarche et
ipsis principibus habetur notissimus.
Omnes enim qui eum noverant quasi
dulcissimum patrem venerabantur et di-
ligebant. Ea tempestate contigit Richar-
dum abbatem virum perfecte vite
imitabilem pie devotionis gratia
sancta Ierosolime vellet invisere
loca. Dum ergo per Anthiochiam transisset
iter, ibique incertitudine itineris aliquan-
diu moraremur, famulus dei Sy-
meon iunctus est nobis. In amicitia
predictum abbatem Richardum adoptans
sibi in patrem. Cui cum exposuisset per
ordinem que sibi in vita essent vel
que contigisse et addidit multis peri-
culis vel angustiis se retineri posse
quam abbatis sui mandata impleret
proposse. Ymmo ergo et credimus eum qui
nobiscum venire paratum invenimus
Ideoque in comitatu nostro esse frequenter
minatus atque flagellatus pacien-
ter portavit. Pervenientes itaque ad ci-
vitatem Bellegradam que est in con-
finio Bulgarorum ac Ungariorum
a civitatis infelicissimo principe prohi-
bitus est nobiscum transire. Igitur
flens et deo gratias agens suis reddere
reliquit nos tristes atque flentes.
Ex multas ergo angustias et latro-
num insidias evaserit usque ad mare.

Quo transito prospere devenit in Ita-
liam. A quodam igitur sibi noto
comite Willhelmo benigne suscipitur
et apud eum aliquamdiu moratur. In illis er-
go partibus quidam monachus
Cosmas nomine vir sanctissimus, qui
de Anthiochia secum adduxerat mo-
ritur. Unde multum contristatus ad
recogitavit, quia nichil fit sine dispo-
sitione dei. Post multas lacrimas con-
solatur. Destitutus vero omni humano
auxilio totam spem suam ponens in
domino solus venit Rothomagum
que est civitas Normannorum nobilissima
sita. Audiens confessoris corpore et mi-
litis valde preclara preclara. Ubi ducem
Richardum comitem iam mortuum re-
perisset et de pecunia et censu qui de terra
illius pro elemosina suo monasterio debe-
batur nullus sibi responsa daret,
mestificatus aliquantulum non pro suo
labore, sed quod locus montis Sinai
frustratus esset tanta utilitate, con-
tristato corde ad domum quid ageret consilium
querere cepit. Occurrit autem omnis ut
suum patrem carissimum Richardum scilicet ab-
batem nostrum qui suos comites invise-
ret, quod et fecit. Per longum autem tempus
moratus est nobiscum. Et ut breviter
dicamus aliquamdiu apud nos mansit in
Virdunensibus ibi vixit. Interea domnus
archiepiscopus Poppo sancte Treverensis
ecclesie strenuus provisor audiens
de nocte peregrinationem de quod custodi-
tem. Et cum sepulcrum illius gloriosum
gratia orationis Ierosolimam iuit. Cum igitur
quia dei famulum eundem et credentem bo-
sensum comitatorem habuit utique per
reditum quamvis vellet in suo sepem
manere dei facultatem abstulit et
libentissime concessit. Hec renunciare
igitur dei presbiter sibi locum
idem famulus eius sibi solus

potuisset impetrare oracionem in turri que an-
tiqua civium porta vocabatur parvulum tugurium
expetiit ubi domnus presul presente
clero et populo in festivitate sancti Andree
illum reclusit et quasi mortuum ut vere
erat seculo devotissime sepelivit. Reclu-
sus igitur ut vere credimus vir sanctissimus
silencio et multis ieiuniis attenuat
corpus suum per rimas aliquando solo
pane aliquando vero refectus aqua infu-
so legumine. Vinum siquidem propter
infirmitatem stomachi positus est mo-
